


~~2337360~~



Plut. J. Lit. D. N.º



~~(Caja Cornisa-4)~~

Caja C-5

112-5

# GEORGIUS BRAVN COLONIENSIS BENEVOLIS LECTORI BVSSD.



Xhibemus hic Urbium præcipuarum Theatrum, Lectores benevoli, ad cuius editionem, præstantissimi viri ex remotis mundi regionibus, diuersas Urbium icones, aliaq; ad communem studiorum promotionem, humaniter transmittendo, doctissimis literis multisq; rationibus nos propemodum inuitos cõpulerunt. Quorum auctoritate, cum in hoc publicum Orbis Theatrum, induciti & pertracti simus, libet hic quædam de primis urbium initij, progressu, & fatali quarundam interitu, pro consuetudine nostra præfari.

Ex naturali ratiocinatione constat, cum frequens hominum multitudo nondum esset collecta, nec agriculturæ, nec pecuariæ, nec archytexturæ, nec opificum artes extarent, in speluncis ac terræ visceribus, quæ nulla adhuc industria vel auaritia, sed casus & natura aperuerant, primùm agrestem, & eam quidem rudem ac simplicem, hoc est, innocentem ac iustam vitam, homines vixisse: Quia sub dio frigida strâsrigere noctes, natura iudicabat incommodum. In istis verò, ferarum ac pecudum potius, quàm hominum latibulis, numero ac familijs aucti, ad loca capaciora progressi, contra intemperiem & iniuriã aëris, naturali ductu, defensionem quærentes, hirundinum & auium solertiam sunt imitati, ex stipula, arundine, ac luto, tuguria quædam, rudi structura, excitantes, ex frõde, cespite, vel arundine, cõtra tempestates, tecto, lutea sua pallatia concluderunt. Ob auctiorem deinde sobolem, & continuatam generis propagationem, familiæ se diuidentes, in plures casus tanquam in colonias diuersas prodierunt, vbi naturæ ductus, plurium ædificiorum rationem suppeditauit, quæ securitatis ac defensionis gratia, diuersas habitationes, vicinitates, ac vicos excitauit. Vnde Archytextura, Agricultura, Pecuaria, limitû distinctiones, villaticæ, & agrestes partitiones sunt natæ. Hinc litis nomen, à dimotis, vel transgressis limitibus, & contetionum seminarium est ortum: Et prima illa aurea ætas, quæ in primis vitæ humanæ rudimentis sponte sua, sola virtute regnante, sine vitiorum lue, sine lege, fide, rectumq; colebat, splendidum conuiuorum apparatus, & vestimentorum luxum ignorauit, sed quæ alimenta primùm terra spontaneo beneficio suo, postea rudi & incondita agricultura, adiuta, suppedabat, ad arcendam famem ac sitim parçè, & pro necessitate tantum sumebat. Hęc, inquam, aurea ætas, simplicitatis & iustitiæ sole declinante, in deteriorem, argenteam tamen prolem, est immutata. Crescente verò multitudine, cum cõtra peioris ætatis, quam ahenam vocat, corruptelas, sui conseruandi & tutandi studio, quod natura omnibus ingenerauit; frequentiores familiæ collectæ, consilio, industria, & mutuis præsidij consociatis animis se munire cõpissent, ciues, à coeundo dicti, Opidum, opis gratia, rudi quidem, sed firmior est structura, ædificare cõperunt: Quæ post aliquot deinde temporum spacia ex cultiore structura vrbs nuncupata fuit, In qua ciuitas legum & religionis vinculo colligata, ab aliorum iniurijs se defenderet. Hinc Plato lib. 3. de legib. omnes disciplinæ & politiæ ordines ex naturæ fontibus manasse, patefecit. Ita, ex naturæ ductu, imperandi & parèdi ratio, Imperium, dico, est natum. Sine quo, vt Cicero tertio de legibus, nec domus vlla, nec ciuitas, nec gens, nec hominû vniuersum genus stare, nec rerum natura omnis, nec ipse mundus potest. Ipsa quippe natura dictare videtur, vt parentes imperent natis, generosi & nobiles ignobilibus, sapientes imprudentibus, & ignaris. Ita q; idem Plato eodem de legibus lib. asserit, Cum Deus formaret homines, quicumque ad imperandum idonei sunt, ijs aurum in ipsorum generatione admiscuit, propterea honoratissimi sunt. Illis autem, qui ad auxiliandum, argentum indidit: Ferrum deniq; & æs, agricolis, cæterisq; opificibus. Indicâs, naturam & eius auctorem Deum, harum varietatum indidisse semina. Summa enim Dei bonitas & infinita sapientia, qua cuncta in gubernatione mundi disponit suauiter, omni sæculo, quosdã excitauit præcipuos viros, qui ingenij & prudentiæ acumine, virtutumq; actionibus auctoritatem sibi comparantes, cæteris, ad politicas societates inundas, & pacificè conseruandas, veluti quædam numina, prælucere. Talem olim celebrarunt poetæ Iouis filium Argiuorum Regem APIM, qui rudium Aegyptiorû misertus, relicto proprio



P R A E F A T I O.

prio regno, eos omnem pietatem, iustitiam, prudentiam & agriculturam docuit. Talem Mauritaniam regem ATLANTEM, qui Astronomiam docuit, & proinde caelum humeris sustinuisse fingitur. Talem ORPHEVM, qui bruta animantia, atque ipsa etiam saxa, cytharæ cantu, hoc est, rudes & agrestes populos, eloquenti oratione, ad moderatam vitam, ad vrbes condendas atque colendas pertraxit. Talem etiā HERCVLEM illum Libycum, cuius operam in monstris domandis, hoc est, populum à tyrannorum seuitia liberando commendarunt. Tales multi successerunt alij, qui virtutis & patriæ amantes, incautum populum ab externa & domestica vi, & ab influentium hostium petulantia, & prædationibus defenderent. Ex talium heroum officina, Magistratus, Nobiles, Principes & Reges orti sunt, quos virtutis studium, honoris etiam & immoralitatis appetitus generosus, & magis inclytos reddidit, quorum egregia consilia, victorias, bella, & heroica facta, ante literarum & historiarum usum, seniores iunioribus rythmis, & cantilenis, narrare solebant, (quod Tacitus apud præscos Germanos, dum Romanis nondum parerent, vsitatum fuisse perhibet: & hoc etiam tempore, apud barbaras gentes, Turcas, Tartaros, & Scythas obseruatur.) Quando deinde humanam industriam, artium vsus magis polire cœpit, successerunt carminibus historiæ, historijs imagines, statuae, monumenta, clypei, saxa, inscriptiones, pyramides, numismata, quibus exempla & præmia virtutum & scelerum poenæ, ciuibus ad honestas actiones colendas, proponebantur.

Sed & præter naturæ & rationis instinctum, vrbicularum & ciuiliū societatum inuenitur, ipsa fuit necessitas; Homo enim multis ad bene viuendum indiget, & propterea ad socialem vitam propendet, quia ad eam quasi natus videatur. quod cum Aristoteles multis argumentis ostendat, tum eo maxime, quoniam solus is ex omnibus animantibus particeps est, composque sermonis, quo fit, ut ille ad cœtus & congregationes aptus sit magis, quam apes, formicæ, aut vllæ bestię cõgregabiles. Tam arctum enim est societatis humanæ vinculum, lingua & sermonis communitio, ut, dicente D. Augustino lib. 19. de ciuit. Dei cap. 7. libentius sit homo cum cane suo, quam homine alieno. Itaque, cum in ciuili societate mutuis colloquijs, prudentia, consensu, consilio, & conspiratione multorum, homo suis, & suorum necessitatibus succurrere, mala auertere, & ex impotenti ac debili, firmus ac potens, publicisq; vsibus ad communem defensionem idoneus constitui possit: Hinc ciuiles societates homo vehementer amat, quarum beneficio homines singuli, qui separatim consilij inopes, impotentes, ac debiles, certis vrbicularum foederum vinculis, quæ virtutis & prudentiæ ansis coherent, vnū quasi magnum, validum, ac potentem hominem constituunt, qui non tantum intra vnus opidi muros domi, varia à se arceat incommoda, sed procul etiam foris terra, marique dominetur.

Tales autem societates vel sunt vnus vrbis, vel in alios quoque populos foris excrescunt, qui certis pactorum legumque foederibus in vnus quasi imperij & Reipub. formam coaluerunt: In qua sunt mutua & confœderata hominum in diuersis locis existentium auxilia. Quemadmodum enim qualitates diuersæ bonam corporum constitutionem & sanitatem conferunt: Ita politica mixtura omnes æque in vna ciuitate, pro sua conditione in bono & commodo statu defendit. Cuius quidem politiæ harmonia & constitutione contingit, ut, cum alij ad alia sint apti, ex multis confociatis ciuibus diuersorumque consiliorum communicatione, quasi vnus vir prudens formetur, & constituatur, qui vniuersam deinde societatem in vnitatem & concordiam conseruans, in finem bonum gubernet & dirigat. Hoc Cicero lib. de Reipub. commemorat. Sicut in fidibus & tibijs ac cantu ipso ac vocibus, concentus quidam tenendus est ex distinctis sonis, quem immutatum ac disrepantem aures eruditæ ferre non possunt, isque concentus ex dissimillarum vocum moderatione tamen concors efficitur & congruens; sic ex summis ac medijs, & infimis interiectis ordinibus ut sonis, moderata ratione ciuitatem concentu dissimiliorum concinere: &, quæ harmonia à musicis dicitur in cantu, eam esse in ciuitate concordiam, arctissimum atque optimum omni in Reipub. vinculum incolunitatis; eamque, pacto nullo sine iustitia esse posse.

Ex ciuilibus porro societatibus quas partim naturæ, partim necessitatis ratio; Deo ita ordinante; collegit, variæ gubernationes, & distinctæ politiarum formæ, regna, imperia, nobilium, & primatum dignitates, populi & plebeorum distinctiones sunt ortæ. Quædam enim Reipub. prudentia & virtute vnus gubernatoris, Monarchæ vel Regis ad communem populi salutem reguntur. Quædam primorum & optimorum in communitate virorum simili

P R A E F A T I O.

simili prudentiæ sine gubernantur. Quædam populari imperio, legum & bonarum consuetudinum obseruatione moderato subsunt. Variæ namque diuersarum gentiū & temporum conditiones, diuersorum imperiorum rationes admittunt, quæ omnes certis legibus conseruentur, necesse est. Illæ enim salus & vincula vrbicularum existunt.

Legitimum vnus imperium, quod monarchæ & regium est, optimum communi iudicio iudicatur, quia vnico totius vniuersi gubernatori correspondeat: Vnde diuinum censetur, quando potentia cum modestia & pietate, hoc est, vera prudentia coniuncta, non permittit, ut licentia corrumpat Monarchiam, sed, ad bonum publicum, ut vnus deus, vnus sol ciuibus præluet. Hinc talis Monarcha Platoni, in Politicis, deus aliquis humanus est.

Nec minus optimatum, paucorum nimirum imperium, existimatur illustre, cum plura beneficia subditia multorum, quam ab vnus prudentia expectare possint. (Nec enim temere vulgò dicitur, plures oculos clarius videre, quam vnus.) Est hoc minus tyrannidi, & mutationi obnoxium; Iuuentutem ad honestatis studia ardentius inuitat; Cum videant & intelligant iuuenes, in hoc optimatum imperio, solam virtutem, rerum experientiam & prudentiam, aditum ad publicas dignitates parare, cui & comparari potestatem virtute. Honorum & gloriæ cupiditas omnibus & maxime ijs innata videtur, qui opibus aucti, aliqua experientia se ornatos iudicant, quorum in magna Republica multi inueniuntur, eorum autem, si plures simul ad gubernacula vrbicularum admittantur, paci, & tranquillitati publicæ bene consulitur. Ità enim pauciores ab honorum dignitatibus se excludi conuerentur.

Hæc autem optimatum Respublica quamdiu cupiditatibus suis priuatis non inferuit, optima ad communitatum conseruationem censetur: ne verò, talibus subiaceret affectibus, Romani olim diligenter curarunt, qui patritium hominem curiam iudicabant indignum, si ad decem vsque argenti libras diues esse voluisset, &, dum cordatos & incorruptos tantum ad magistratus deligebant, non despiciebant pauperes, quos ab aratro pertraherent ad fasces, & illustrandi habitu seculari, illis fortasse ipsis, quas assumpturi erant imperialibus togis madidum sudore puluerem detergerent. Tunc illi pauperes magistratus opulentam Rempublicam habebant, nunc diues potestas frequenter pauperem facit esse Rempublicam. Carthaginenses tamen fieri non posse crediderunt, vt is bene publica munera tractaret, qui inops est aut egenus. Melius dixissent: Fieri non posse, ut is bene magistratum gerat, qui avaritia laborat: egenus enim expleri potest, avarus nunquam.

Nec populare etiam imperium sua laude & elogio caret: Cum enim in eo, qui ceteris pares, ex populi præscripto, & lege omnibus probata, cuncta gubernent, & per eam ipsam gubernationem libertati ac commodo publico studendo, sibi ipsis, suisque & paribus vtilis existant; Tum, ex populi imperio, in quod ius suum, omnium consensione, tribus, societates, & confraternitates plebis transtulerunt, incolunitas communitatis dependet. In qua quidem gubernatione, si magistratus vitio aliquo corruptus, aberret, certè, corruptelæ, & imprudentiæ suæ poenas, in popularibus suis & ipse luit. Ità partim virtutis, partim popularis & in agnatos affectio, partim populi metus, tale imperium in officio conseruat.

Iam autem commemoratæ ciuiliū imperiorum formæ, commoda interdum commixtione iunguntur, ut ex duabus vel omnibus vna fiat: Vnde non minus solidum imperij genus, quam ex prioribus separatim emergit. Dum enim optimatum potestas ad vnus Regis, vel Monarchæ gubernationem accedit, & venerabilis patritiorum senatorum cœtus, prudentia, & consilio suo, ducem vel principem suum tuetur, & cum eo simul de communi ciuiliū salute consultat; Certè, vsu & experientia edocti sumus, ciues libentius acceptare leges, & statuta ex multorum prudentia, quam ex vnus voluntate prolata. Quin & tutius sibi iudicant, patres, & patritios suos cum principe pro Reipub. salute conspirare, quia hac ratione omni periculo & metu liberantur, ne summa potestas, vel in imprudentia vel in tyrannidem degeneret. Nam absoluta vnus voluntas, quæ aliorum prudentia non fulcitur, & regitur, in tyrannidem facilius dilabitur. Quod D. Hieronymus considerasse videtur. Quando Britanniam fertilem tyrannorum scribit, quia, quot in ea insula ciuitates, tot etiam reges erant. Vt Ioannes Troinus, lib. 1. de Britannia origine & antiquitatibus refert. Quin & Reges, Monarchæ & Principes ipsi subditorum animos certiore amoris & obseruantie vinculo, hoc gubernandi modo, quod consilio adhibito, instituitur, sibi obstringunt; quado intelligunt, prin

principem, Patritiorum & Senatorum adhibito consilio, imperium suum cum Reipub. salubri temperamento miscere. Hac ratione, Titus, Vespasianus, Traianus, Adrianus, bonorum principum titulos, & elogia sunt consequuti, quia Senatus maiestatem conseruantes, de publicis rebus ad patres conscriptos retulerunt. Hinc eleganter Plutarchus, Senatum, in urbibus cordis locum obtinere scribit, Qui a senectute deducitur. Vtilis enim & nobilis est ceteris Senatus, qui emeriti a vulgaribus officijs, ad consilij & regiminis officium transeunt, & in marciado corpore exerunt mentis vires, eo magis sapientiae apti negotijs, quo ab appetitu sensuum minus grauantur, & in exercitijs corporis minus possunt. Quorum consilia, arma sunt, & hasta iuuenum. Tyranni verò; Caligula, Nero, Maximinus, qui bonos semper metunt, Senatus auctoritate contempta, eruditione, & prudentia excellentes viros, Patritios, & Senatores occiderunt, ut turpitudinum suarum censoribus sublati, Reipub. licentius supprimerent.

Sed & alia mixtura, aliam Reipub. formam parit, dum nobiles & optimates cum populo coniuncti, vrbes & ciuitates gubernant. Et sic Senatus populique potestas aequalis existit & tam senatus consulta quam plebiscita ad publicam tranquillitatem lata, seruantur.

Atque istae quidem diuersae imperiorum formae, ex urbium & ciuiliū societatum coetu, inspirante Deo; prodierunt. Cum enim homo ad societatem & communem vitam, ob varias necessitates suas, quasi impellatur: Deus, congregationum, in quibus verum colitur numen, amans, omnibus saeculis prudentia & virtute illustres excitauit, qui humanos coetus legum & religionis officio, in concordia retinendo, verum bonum in congregationes & familias infunderent. Imò, has diuersorum imperiorum formas, ipsi naturae & dispositioni humanae ab origine impressit: quod manifestum erit, si membra omnia exploremus, ex quibus perfectum Reipub. corpus consistit.

Plato, sex hominum genera, ad urbis perfectionem necessaria commemorat, Agricolas, Opifices, Milites, Mercatores, Iudices, & rerum sacrarum ministros. Haec autem Reip. membra, interioribus animi facultatibus accurata harmonia, correspondent. Ratio, sincerè iudicando, cuncta dirigit, & iudicis munere, in domestica hominis reipub. fungitur. Voluntas, homini bene cupit, & quasi militari praesidio eam communit, omnesque ab ea iniurias propulsat. Mercatores, hominum genus auarum, quaestui operam nauas, necessaria communitati procurat, quibus proinde agricolas atque opifices coniungimus, hi cupiditatibus & appetitionibus sensuum correspondent. Mens denique cunctis animi facultatibus, velut regina & domina praest, quam Religionis tribuimus. Quae merito sal & anima urbium, & ciuiliū societatum dicitur, quia in omni Rep. primum est, rerum diuinarum curatio: Quarum obseruantia naturae instinctu, humanos animos occupauit. Nulla enim natio, siue graeca, siue latina, siue celta, siue barbara, unquam inuenta est, quae vllam Reipub. formam, sine alicuius numinis & Religionis cultu instituit, & quae non firmiter sibi persuasit, Religionis suae cultum a Deo aliquo proficisci. Nulla, inquit Cicero, gens est tam fera, nulla tam immanis, cuius mentem non imbuerit deorum colendorum opinio. Omnes enim, ut idem actione v. in Verrem inquit, religione mouentur, & deos patrios, quos a maioribus acceperunt, colendos diligenter, & retinendos arbitrantur. Numa Pompilius, per Religionem, ferocem populum Romanum compefcuit. Apud Lacedaemonios Licurgus, leges suas auctoritate muniuit, cum ab Apolline Delphico eas profectas, diuulgaret. Minos, Cretensibus suas a Ioue, Zeleucus, Locrensibus suas a Minerva traditas. Mahometes Alcorani precepta per Gabrielem Archangelum caelitus delata, Turcis persuasit. Aristoteles lib. Politicorum 7. cap. 8. haec urbis necessaria recenset, Alimenta, artes, arma, ad publicos & priuatos vsus pecuniam, & quod ad Deorum cultum pertinet, quod sacerdotium, sacrificiumque; vocatur. Plutarchus aduersus Colotem scribit: Si terras omnes peragres, inuenire poteris urbem, muris, literis, regibus, domibus, opibus, numismate carentem, sed, quae precibus, quae iureiurando non vtatur, quae non bonorum causa sacrificet, quae non sacris mala auertere nitatur, nemo vidit. Apud Aegyptios Regis Magni, Magni sapientis, Magnique; sacerdotis personam vnus sustinebat, nec licebat cupiam sine sacerdotio & religione imperare. Noë cum domesticis suis ex mandato Domini, ad propagationem generis humani, & ad omnem plantandam instituendamque; Rempu. progrediens, a Religione, & cultu diuino, tanti operis sumpfit initium, statim enim aedificatio altari, holocausta Deo offert. Ita & ad primas Christianorum ciuiles congregationes stabilendas, Altaria eriguntur, & vel Metropolitanæ, vel Cathedrales constituuntur Ecclesiasticae Cathedrae, ex quibus per Religionem, Politiae stabilimentum, hoc est veram iustitiam, primariae vrbes percipiunt. Per quas deinde vicinae prouinciae perpetuo vnionis & successionis nexu, per Religionis cultum, in venerabile vnus numinis confirmatae, quasi in Dei ciuitatem eleuantur, dum formam, spiritum, verum bonum, & vnitatis doctrinam ab vno fonte, per pacis & vnitatis alucem hauriunt.

Atque

Atque haec quidem de tribus Reipub. bonis, & ritè institutis gubernandi formis, pro istius praefationis ratione dicta sufficiant. Sequitur, ut etiam trium viciosarum conditiones, simili breuitate, explicemus.

Monarchae, Regis, & vnus imperium, dum libertati, & publico subditorum bono studet, cum diuina totius vniversi gubernatione, magnam similitudinem habet. Ac verum consequitur finem, in quem a Deo Regum potestas est instituta, nimirum, ut iudicet populum, & pauperes populi in aequitate, saluos faciat filios pauperum, & seruet eos in innocuos, a temeritate, calumnia, & suppressione potentum. Psa. 71. Verum vbi gubernator hic vnus, violenter subditis imperans, boni priuate, & cupiditatis suarum studio implicatur, & alijs viciosarum affectionum harpijs ac beluis stipatus, in urbium & politiarum theatrum prodeas, cuncta libidine priuata, non aequitati & ratione definit; Dum populum tyrannorum suorum potentiae & voluntati permittit, quorum deinde pasqua fiunt pauperes veluti venatio leonum onagri in solitudine, Eccl. 13. O infelicem, tali duce & tyranno, Reipub.

Similis gubernationis facies, & ciuium pressura existit, quando paucorum potestas, sine lege, sine virtute ac discretionem, ambitiosè imperans, cuncta ad priuata studia dirigit. Tunc simul multi tyranni, vnam reipub. grauant, omniumque; fortunis, velut hydra, varijs instructa faucibus, inhiant.

Popularis verò status, quando & is a vero bonae gubernationis fine, qui libertas est, & bonum commune, in vicium declinat, tum & is valde noxius & periculosus, non Reipub. sed perturbata confusio dici meretur. Quia effrenis, sine legibus, insolens, in licentiam labitur, omnem honestatem priuatis bonis, & cupiditatis postponit, mobilis, inconstans, & quasi in domita procella seditionis turbine vrbes perturbat, conuellit & concutit. Non est iudicium, inquit Cicero, consilium, ratio, discretio in vulgo.

Porro, ut interna animi facultates, diuersae politiarum formis, apta harmonia conuenire deduximus, ita viciosos hominis affectus, urbem malè constitutam, non dissimili ratione praesentare inueniemus. Vbi enim rei tantum priuatae studium, auaritia, vel munerum sitis, Regem vel magistratum inuadit, ibi statim his affectibus dignis elites admittuntur. Ministerium praebent oculi & manus ad munera, & oculi geruntur in manibus ad artificiosam rapinam, ad enormes & illicitas exactiones, quae ad inopiam adigunt plebem. Aures faciem, quia lucrosam, praebent auditum, diuersarum gentium populis, ut in ciuilem societatem ad missè, inquilinorum integritatem, ritibus, & opinionibus, peregrinis inficiant. Ex quibus, quidem principijs, animi regina, mens, in gubernatore, ita sensim intoxicatur, ut parua admodum de primario urbis vinculo, quod est religio, & pietas, sollicita; licet vnam, pro consuetudine, colat, qualescunque; tamen alias irrepere, sine cura permittat. Quarum professores, domestica consuetudine, & serpentina calliditate, ut cancer, per multa communitatis membra longius proserpentes, turbulenta negotia ipsi deinde magistratui mouent. Adeo, ut tandem vna cum ciuibus communi interitu, temeritatis, & imprudentiae suae poenas luat, & malè mulctetur. Nam ut eleganter apud Dionem Cassium, extat In vrbes noua numina introducentes, multos impellunt ad mutationem rerum. Vnde commutationes, seditiones, conciliabula existunt, res profecto minimè conducibilis Principatui.

Has autem Reipub. non bene constitutae rationes, paulo explicatis, sed tamen breuiter deducemus. Statim post Noë tempora, primo humanae propagationis initio, viciata Chami prolapia in mala Reipub. & tyrannidis ortu, vim & operationem suam exercere, & ostendere coepit, quando Nembrodam, robustum ante faciem dei sui venatorem & gigantem, in perniciem subditorum edidit, quos linguarum confusione dissipatos vidit, qui ex pietatis & iustitiae tramite, in tyrannidem & impietatem prolapsus, violentarum manuum potentiae tantum confidit, ut iustos & vindices diuinae maiestatis oculos non timens, homines, tanquam feras, venator tractaret, cum venatorum genio, lucrum & voluptatè ex gubernationis & magistratus sui venatione captans: Imò, ad tantam etiam impietatem deueniens, ut ipsum Deum ex altis caelorum sedibus, Babylonicae turris aedificatione derurbare, & diluuij, vel similem diuini numinis vindictam, superare conaretur. Quod turbulenta oratione declarauit, quae apud Iosephum, extat, primo Iudaicarum antiquitatum lib. cap. 4. Hic gigas est dictus, quia crudelis & ferox, ius omne in manibus, non in vera ratione constituens, ut venator, praedè & voluptatis expectatione, magistratum adiit. Fit hoc nonnunquam ex iusta permissione diuina, ut ex cap. 14. Esaiæ constat, Infernus, inquit, subter te conturbatus est in occursum aduentus tui, suscitauit tibi gigantes omnes principes terrae.

Tales, scribit in Gigantomachia Beanus, sunt omnes principes, magistratus, & Reges, qui in gubernatione sua ostendunt, non rationem se, & aequitatem sequi, sed libidinem suam,

P R A E F A T I O.

& animi perturbationes, ira, avaritia, dolore, vindicta, & alijs morbis à recto se abripi finetes qui non amplius reges, sed gigantes appellari merentur, eò, quòd potentiam suam non ratione, sed manibus suis dimetiantur. Sunt verò & sub ipsis regibus consiliarij non raro, qui prætextu iustitiæ, regum manibus abutuntur, atq; eas longè lateq; , tanquam harpagonas extendunt, ad ea, volunt, domum suam conuerrenda, atq; rapienda, eaq; de causa merito gigantes nuncupandi, atq; Regibus ac populo pestilentes, eò, quòd horum culpa, maxima frequenter imperia, summas perperiantur calamitates, & nonnunquam etiam supremam euersionem.

De tali Urbium & Rerum public. statu Saluianus Massiliensis, vir sanctus, inter multa alia sic scribit. Tunc, quid aliud est dignitas sublimium, quàm proscriptio ciuitatum; Aut, quid aliud superiorum præfectura, quàm preda. Nulla siquidem maior pauperulorum est depolatio, quàm talis potestas. Tunc honor à paucis emittitur, vt subditorum vastatione soluatur, reddunt miseridignitatem precia, quas non emunt, commercia nesciunt, & solutionem sciunt: Vt pauci illustrentur, subditi depauperantur, vniushonor multorum excidium est. Nam illud latrocinium an scelus, quis dignè eloqui possit, quòd, cum Romana Respub. vel iam mortua, vel certè extremum spiritum agès, in ea parte, qua ahuc viuere videbatur, tributorum vinculis, quasi pædonum manibus strâgulata moriatur. Tunc plurimi proscribuntur à paucis, quibus exactio publica, peculiaris est præda, qui fiscalis debitos titulos faciunt quæstus esse priuatos. Tunc in municipijs, vicis, ac vrbibus quot sunt Curiales, tot sunt tyrâni, qui exactiois publicæ nomen, in quæstus proprij emolumenta vertunt, & indictiones tributarias, prædas suas faciunt. Tunc decernunt potètes, quòd soluant pauperes, decernit gratia diuiti, quòd pendat turba miserorum. Atq; hæc quidem Saluianus, hæc etiam in tantâ sæuitiam Romanorum exactioes procedere asserit, vt multi subditorum, & non obscuris natalibus editi, & liberaliter instituti, ad hostes confugiant, ne persequutionis publicæ afflictione moriantur, quæretes scilicet apud barbaros Romanam humanitatem, quia apud Romanos barbaram inhumanitatem ferre non possunt. Et quamuis ab ijs, ad quos confugiunt, discrepent ritu, discrepent lingua, malunt tamen in barbaris pati cultum dissimilem, quàm in Romanis iustitiam sequentem. Subditi sanè grauissimum est, auctore Platone, huiusmodi canes à pastoribus nutriri, auxilio futuris ad gregis custodiam, & eius saluti inuigilatos, qui aut famis, aut prauæ cuiuspiam consuetudinis intemperantia, immaniter in gregem sæuiant, vt lupi. Quemadmodum Tiberio, Dalmatarum dux Bato, defectionis causam suscitanti, respondit, culpam in ipsos Romanos deriuans, quòd ad gregis custodiam, non canes, pastores, sed lupos mitterent.

Alteram diximus inclinantis Reipub. causam, quando Princeps, ob considerationes & causas priuatas, in exteris & peregrinis gentibus, in cœtum suorum ciuium recipiendis, nimis est facilis, quorum mores, & religio non conueniunt, vnde mentium & animorum auersio nascitur, ex qua deinde turbæ & factiones emergunt; quæ tunc maximè augentur, quando exteri in communionem & societates ciuium admisi, indigenarum multos ad se pertrahunt, ad officia & dignitates aspirant, cœtus & congregationes separatas, contra iuris ciuilibus dispositionem instituunt, & legitimo Magistratui, negotia mouent, vt difficilius deinde ab instituto, vel loco pellantur, quàm ante non admisi fuissent. Certè, constantes, & cordati in Republici. ciues, magnas ob causas, talium cohabitationem improbant. vt, qui non ignorent, noxias in Rempubl. mutationes, morum & vitæ corruptelas, per exterarum gentium cohabitationem, in vulgus, ad nouitates propensum, introduci. Hinc, non sine causa Romani, florentes Repub. curarunt, vt, quas imperio, suæque potestati nationes subiecissent, illæ sermonem latinum in primis addicerent, quò non tam ad propagationem nominis Romani spectarunt, quàm, vt hoc sermonis vinculo, in quo, ad societatem ineundam, non minima vis est, ad vniorem alitringeretur. Lacedemonij & Thebani, legibus Lycurgi addicti, ciuitatis ius, vrbisque vsum peregrinis interdixerunt: eosq; armis victos, ab omni sua Repub. tanquam alienos, arcebant. Habebantur enim illa ætate peregrini, veruti, rerum exploratores, infideles, & optimorum morum corruptores, eoque eos, sicut & aduenas Spartæ, in suam vel ciuitatem vel commercium non admittebant. Nec ferebant discedentes suos ciues apud exteros, vel peregrinos vitam agere, idq; proposito capitis supplicio, ne conceptas & imbutas à peregrino versutias, & dolos malos ac reliqua vicia, reuera suas infunderent ciuitates, & rectam disciplinæ veteris legem, turpissimis moribus conspurcarent.

Neq; verò Hospitalitatis decus & meritum in Repub. perit, quæ quosdam à se exteros, vel inquietos etiam ciues, iusto delectu, repellit. Ad honestatem quippe, & vtilitatem Reipub. ad Christianam etiam disciplinam pertinet, peregrinos, humana ope destitutos, christiana pietate iuuare, sed eorum maxima habenda est ratio, quos in domum & ciuium tuorum societatem

P R A E F A T I O.

tem recipias, ne anguem, ne leonem ad tuam, & tuorum perniciem in sinu fouendo, hospitalitatem in te, & in tuos crudelem & impiam exercas. Cicero, libro 1. & 2. Officiorum hospitalitatem commendans, Valde inquit decorum, patere domus illustrium hominum, sed illustribus & bonis hospitibus, & illis, qui nihil de alieno inquirunt, & minime in aliena Republica solliciti sunt, & curiosi.

Tertia verò, & ea quidem præsentissima ac valde contagiosa Rerumpub. ac vrbium pestis est, non vna numinis, ac pietatis ratio; Religionis in vno Regno, intra vniuersæ vrbis mœnia diuersitas, quæ, cum voluntatis, mentium, & animorum affectum in ciuium societate rumpat, hinc concordiam ciuilem turbat, dissociat, & dismembrat, vnde factiones, contraria plebis in vna vrbe studia, legitimi magistratus contemptus, odium, partesque diuersæ emergunt, quæ non tantum cum Magistratus sui Religione, sed cum alijs quoq; in eadem ciuitate factionibus, sibi, & Magistratui contrarijs, & æque nouis, nihil cupiunt habere commune. Quarum sermonibus, vsu, consuetudine, & contagio, incauta plebs decepta, ac in varias opiniones imprudenti zelo pertracta, non tantum Principis ac Magistratus sui, & conciuum Religionem, vt impiam & abominandam despicit, sed nouas, nouorum & diuersorum à se cœtuum ac Religionem, vt falsas, contemnit. Et ita, dum singuli, suam, vt iustam ac veram defendunt, tam insensis suarum partiũ studijs digladiantur, quòd vnitatis & veræ pietatis spiritu se destitutos, eò ipso, demonstrant. Turca in eo, nobis Christianis prudentior, qui nullam de sua Religione disputationem publicè, vel priuatim admittit, Græcorum & Vngarorũ in Religione dissidijs edoctus, quantam calamitatem eius diuersitas Regnis & ciuitatibus adferat. Quòd nostram etiam Germania infelix deplorat. & sentiet, suo tempore, eodem contagio infecta Gallia. Perniciosissimi certè Reipu. nostræ Christianæ Gigantes, qui mendacibus & falsis opinionibus vrbium animam, mentes videlicet ciuium oppugnando, inficiunt, à Magistratu separant, ac tandem eo impellunt, vt imperitum ac miserum vulgus, velut Cyclopes, mentis ac rationis oculo destitutus, arreptis armis, Potestatem, hoc est, Dei ordinationem, atque ita, Deum ipsum, quemadmodum Nemrodi Gigantes, oppugnet. Hinc seditionum formidabilis oritur belua, cuius pars vna deuorat alteram, donec florentes vrbes, Regna, & Imperia tandem corruant, ac funditus pereant. Quòd multis Asiæ, Africæ, & Europæ ciuitatibus euenisse, Ex historiarum monumentis eruere placet. Vt discant vrbes, quæ nunc sunt potentes & amplæ, non in fortitudine sua, sed in Domino confidere, qui nisi eas custodierit, frustra omnes illorum conatus laborant, & frustra vigilant, qui eas custodiunt.

Vbi nunc EPHEVS, Asiæ totius Metropolis tam multis prophanarum & Ecclesiasticarum celebrata historijs? Vbi ANTIOCHIA nobilissima Syriæ vrbs, quæ Patriarcham, & sub illo decem & quatuor Metropolitanos habuit, D. Petrum Apostolum, Ignatium, Ioannem Chrysostrum, multosque alios, celeberrimi nominis Episcopos. Et in qua prima Christiani nominis appellatio est orta? HIEROSOLYMAE, Palestinæ Metropolis, quàm exigua nunc supersunt reliquæ, quàm Deus politia legis veteris, & IESVS, saluator noster, doctrina, sua & Apostolorum præsentia beuit: quam Plinius nobilissimam totius Orientis vrbem nuncupat. CARTHAGINIS ruina, stupenda est memoria, quæ vniuersam penè Africam, suo continebat imperio. Nunc tantæ vrbis solum camposq; tantum conspiciunt, vbi illa fuit. Hæc autem vrbes hanc potissimum ob causam perierunt, quia ciues nouæ doctrinæ Pauli Samosatani, Nestorij, Arrij aurem præbentes, mutuis & domesticis dissidijs diuisi, in barbarorum potestatem peruenerunt, quorum nunc seruitute premuntur.

Quin etiam complures aliæ, non minus opulentæ, alijs ex causis, permittente Deo, funditus deletæ sunt & euersæ. Hippacis Massiliorum Regiæ vrbes SIGA & TAMAE, à Romanis dirutæ, vbi olim sitæ fuerint nunc, quasi ignoratur. Historiarum monumenta produnt, trecentas ciuitates à Tyrijs ædificatas, quas Oceanus Atlanticus alluebat, quarum nunc paucæ in ijs oris supersunt, Prouincia. Thesmenia enumerabat quadraginta duas vrbes, quas omnes Iosephus Marochi rex, solo æquauit. Cyrenesium Libiæ regio, ad solitudinem propè est redacta, & CYRENE ipsa, ingentium Regum sedes, nullibi apparet. In Aegypto desertæ sunt ille THEBAE quibus centum portæ erant, ac singulis portis equites ducti ad custodiam. Ita, vt illam tuerentur equitum viginti millia ad ipsas portas oberrantium. Iacent TANANIS, HELIOPOLIS, BVBASTVS, celeberrimæ Regum ciuitates. Ipsa denique ALEXANDRIA, nihil aliud nunc habet, nisi ruinas. MEROE Aethiopũ Regia nullibi apparet, quæ, vt Plinius scribit, dabat armatorum ducenta quinquaaginta millia, artificũ quadraginta millia alebat. BABILONIS, SELEVCIAE & NINI quarũ incredibilem magnitudinẽ omnes prædicant, leuia tantum supersunt vestigia. TIRI, SIDONISQUE: olim Respub. florentissimæ & potentissimæ, quæ Europam atque Africam Colonijs repluerunt: modò

modò vix solum manet. Dirutum est SVS AN, Cuius Regi Assuero, centum viginti septem Prouinciæ obediebant. Incensa est ab Alexandro PERSEPOLIS, imperij Persici caput. Euerſæ sunt etiam NICOMEDIA, Bithimorum, MAZARA Cappadocum, SARDIS, Lidorum, SINOPE Ponticorum Regum magnificentissimæ sedes, PERGAMVM, Regia Artalicorum, quorum opes loco puerbij fuerunt, nullo est loco. CYZICVS, quæ nauibus quadringentis aduersus Mitridatē pugnavit, tribusq; armamentarijs erat instructa, nullo nūc est gradu. Quid hic TROIAM commemorem, quæ vel excidio duntaxat suo nobilitata est? Quid CVMAS; Aeolum Metropolim MILETVM? Quid COLOPHONA, quæ maritimis atque equeſtribus quòdam copijs ita valebat, & à quibus illa stetit, ab iisdem indubitata staret victoria: Quid SMIRNA, quam vocat Asiæ pulcherrimam Strabo? Vbi nunc illa PHOCAEA Ionum ciuitas primaria, quæ adeo floruit, vt Adriæ Tyrreniæ Iberiæq; multas terras, Tartessum cœperit, Massiliam condiderit, & alias alibi ciuitates, quod Herodotus & Strabo narrant.

Hem, quot & quantæ calamitates oppreſſerunt Prouinciæ Reginam Græciam, quæ illa ruinis obruta, miserimè iacet? Vbi nunc ORCHOMENOS, cuius opulentia pro uerbio locum fecit apud Homerum. MEGALOPOLIS, MEGARA, ATHENAE, SPARTA CORINTHVS, ARGI, MICENIAE, THEBAE, quæ propè toti quondam Græciæ imperitabant? At GNOSSVS Regia Menois, Cretæq; Metropolis, ingens, vt ait Homerus, vnde illa Cycladas insulas, cunctas Græciæ maritimas oras, Italiæque, & Asiæ multas imperio continebat: quod Thucydides lib. 1. histor. Strabo, & Herodotus narrant, modo est deleta.

Post urbem conditam dirutæ sunt in sola Italia supra vrbes recentas, quarum aliquæ habent tantum frequentia, ædificiorum magnificentia, & statuarum, multitudinem Romanæ non ceſſerunt, vt ARGYRIPA, SIBARIS, CANVSIVM, CROTO, VEII, SPINA, AGYLLA, ALBA, Romæ parens, & quædam vicinæ aliæ, Ex quarum ruinis, vnica Roma creſceret. VVLSINVM, potentissima Etruriæ vrbs, cuius tanta erat olim magnificentia, vt duo milia statuarum inde sint Romam asportata. Vnde Plin. lib. 34. cap. 7. Zonaras, & Orof. lib. 4. c. 5. referunt, Romanis obiectum, non aliam fuisse causam, vt tantam excinderent urbem, quam vt statuis huiusmodi Romam exornarent.

IN HISPANIA, de Bœtica, siue Andaluſia tantum illud commemorabimus, quod, cum eius Prouinciæ caput Hispalis, expulſis Barbaris, à Ferdinando Rege, in fidem reciperetur, urbibus & vicis à Plinio enumeratis, centum pagorum millia in Hispalensi agro accensita fuerint, qui nūc pro maiore parte desolati sunt. Sed & periit ITALICENSIS, ab Italica nobilissima Romanorum, non tam ciuium, quam Imperatorum Colonia, quæ ad sextum lapidem ab Hispali trans Betim sita, Antistite Gerontio Martyre Diuo tutelari venerabilis olim fuit. Dedit hæc Traianum, Hadrianum, & Theodosium, optimos, maximos, & Augustos rerum dominos. Vulgò HISPALIS VETVS appellata, vastissimis etiam ruinis vix dum superstitibus, miserabili humanarum vicissitudinum exemplo, eo magis dolendo, quod pulcherrimi & amplissimi amphitheatri moles, quæ disiecta superest, veteris magnitudinis & nobilitatis memoriam funestiorē facit. Scribitur Tiberiū Grachum, subuertisse in Hispania recentas vrbes. Quod ex Polybio narrat Strabo, & id, quamuis ipse derideat, libro Geographiæ 3. Florus tamen in Epitome ait, in Celtiberia sola dirutas vrbes à Tiberio centū quinquaginta. Illudq; certum, Traiano imperante, à Romanis euerſam nobilissimam Lemacenorum urbem Emporiumq;, vt aliqui volunt, Norbæam præterea in Pompeianis, Illiturgiū, Castulonem, Carthaginem veterem à Scipione Africano; Numantiam, Iberiam, Bilbilimq; ab iisdem Romanis, & Saguntum à Carthaginensibus, præclarissimas ciuitates solo adæquatæ; quæ refert post alios Ioannes Gerundenſis, Paralipomenon lib. 1. cap. vlt.

Sed nunc in Germaniam descendamus & Galliam; TREVIORVM AVGVSTA, omnium urbium antiquissima est. & SOLITVRA, quæ sorores & vicinæ à Glareano, & Osvaldo Molitor, illius Scholiaste, & alijs Panegiricis nuncupantur. Quia eodem tempore fundatæ, & quia inter illas nullæ erant aliæ vrbes interpositæ. Sed, Deus bone, quo nunc Treuorum magnificentia concidit, rudera conspiciuntur maiora, quam ciuium habitationes existant. Simili fato diminuta est TVNGRIS, BONNA, VETERA nunc Santen. Quorum tanta amplitudo fuit, vt attestante Tacito, duæ legiones in his commodè residere poterint. Non hic commemorabo, quam multæ Hunnicis, Francicis, Normannicis depopulationibus, euerſæ sint, & deletæ. Periit GELDVBA, post Nouesium quatuor à Rheno miliaribus, insigni Romanorum clade famosa, Villæ saltem aliquæ, Gelb nuncupatæ super sunt, quæ antiquum urbis nomen retinent. Periit ASCIBVRGVM vrbs magna, quam Tacitus à Germanis constructam asserit, Et itineraria inter Nouesium, & vetera castra constituunt. COLONIA TRAIANA, præclari nominis vrbs vsq; adeo deleta est, vt ne vestigium quidem super sit.

Cuius situm inter Vetera & Vlpia inuenta ibi inscriptio prodit, M. P. M. id est, Miliare plus minus apud V. L. XXX. Vlpiam legionem trigessimam, quam, perhibente Dione. lib. historia. rû LV. Traianus hic collocauit. BATAVODVRVM ad Mosæ & Vahalis confluentiam excisum est, sicut & ARMAMENTARIVM ROMANVM non procul inde in littore Oceani. Batauis, Zelandis & Frisijs ingêtes sæpe clades Oceanus infert, cuius immanitate, magnæ partes, diuulsis ac dissipatis aggeribus salo oppreſſæ latent. In Frisia cis Fleuum flu. STADA cum insigni tēplo, asyli privilegio donato à primo gentis fatore, Frisone constructa, nunc maris eluione absorpta. Quin & hoc tempore, Staueria, & plæræque Frisiæ vrbes, contra in domitum hoc elementum egrè se tuentur. BARDOVICVM, vna ex primis Saxoniæ urbibus, in vicum redacta, ex cuius ruinis Lunenburgum & plæræque aliæ vicinæ creuerunt VVAGRIA, olim VVandalorum, qui VVagri dicebantur, vrbs primaria & populosa, nunc raris habitatoribus vicus est. IVLINVM Pomeraniæ quondam & totius Europæ post Constanti-nopolim Emporium longe celeberrimum, nunc ita deletum est, vt campus sit, vbi solum fuit VINE TA eiusdem Pomeraniæ vrbs quondam amplissima, marinis oppreſſa fluctibus iacet. Periit ARCONA, Rugiæ quondam Metropolis. VISBVTH Gothorum, NIDROSIAE, Noruegiæ fracta est, & suppressa fortuna. In illa, legibus olim regebat ut totius Occa-ninauigatio: In hac Ecclesia erat marmorea S. Olao sacra stupa pedum magnitudinis, peregrinationibus, exterorum valde famosa. Scribit Tacitus lib. de Germanorum moribus, suo tempore ad Rhenum & Danubiū, nullam fuisse alicuius nominis urbem. Vitruuius de Hispania tradit, urbium structuras, ex arundie, virgultis, & frondibus constitisse. Refert Iornandus lib. de rebus Geticis, Angliæ Reges & incolæ humiles inhabitasse casas ex virgultis & luto contextas. Quod si nunc Tacito, Rheni & Danubij tractus describendus. Si Vitruuius Hispania, Iornando Anglia perlustranda foret, & iisdem nunc Asiæ, Græciæ, & Aegyptum desolatæ, ac præclaris destitutas urbibus viderent, An ne in admirationem maximam, imò, ad stuporem adigerentur? Nobis, religione Christiana imbutis, pagina sacra, tantarum mutationū causam suggerit: Plena est ciuitas iniquitate, itaque adducam pessimos de gētibus, qui possidebunt domus eorum. In omnibus habitationibus vestris, domus vestræ desertæ erunt, Ciuitates, quæ nunc habitantur, desolatæ erunt, terraq; deserta, & scietis, quia ego dominus. Et Esai. cap. 17. Onus Damasci: Ecce Damascus desinet esse ciuitas, & erit sicut aceruus lapidum in ruina.

Hæc quidem à nobis longius sunt repetita, vt ex tanta, tantarum urbium euersione & interitu, intelligeremus, omnia, quæ in mundo videantur admiranda, fluctuati, ac instabili mutatione esse obnoxia. Nec quidquam sub sole perpetuum ac diuturnum inueniri. Atq; tam admirandæ vicissitudines, non vrbes tantum & præclaras Respub. quarum iam complures recensuimus, sed & integras prouincias, atq; adeo, latè patentia imperia, regna, & familias, multa temporis diuturnitate attriuerunt, & extinxerunt. Quin etiam notabiles mundi partes, miras alterationes frequenter patiuntur. Scribit Aristoteles lib. 1. Meteorologicorum, Interior res telluris partes, perinde, vt animantium plantarumq; corpora, iuuentutem & senectutem suam habere, Possunt, inquit, Lactantius, enumerare, quoties repentinis quassatæ motibus vel hauerint terræ, vel descenderint in abruptum, quoties dimersæ fluctibus & vrbes, & insulæ abierint in profundum: frugiferos campos paludes in undauerint, flumina & stagna sicauerint: montes etiam, vel deciderint abrupti, vel planis fuerint adequati: plurimas etiam regiones, & multorum fundamenta montium, latens & internus ignis consumit. Hanc in mundo mutationem & vicissitudinem Aristoteles, Lactantius, Seneca, Ouidius ante multa sæcula accuratè obseruarunt. Omnia, inquit Seneca, tempus edax depascitur, omnia carpit, omnia sede mouet, nil sint esse diu. Flumina deficiunt, profugum mare littora siccat. Subidunt montes & juga celsa ruunt. Ouidius, Vid. ego, inquit, quod fuerat quondam solidissima tellus, Esse fretum, vidi factas ex æquore terras, Et procul à pelago chonchæ iacere marinae: Et vetus inuenta est in motibus anchora summis: Quodq; fuit campus, vallem decursu aquarū fecit, & illuue, mons est deductus in æquor, Eque paludosa siccis humis at et arenis, Quæq; sitim tulerant, stagnata paludib. hument. Angliæ, Galliæ quondam adhæsit. Sicilia, Italiæ, Gades Hispaniæ, Nordstrandia Borealis insula, quæ Crantzius Frisiæ Aquilonarē vocat, cum Thietmarsia, olim pars continens fuit, nunc insulæ sunt, à continenti auulsæ. Flumina, aluè & solitum cursum immutarunt. Florentia quondam imperia interiorum. Aegyptij & Persiæ, orbis quondam gubernacula tenuerunt. Babylonicum & Assyriorum Imperium celebre fuit, Macedonicum & Carthaginense similiter: quæ & Romanis quondam terrori fuerunt. Sed corruerunt hæc omnia, & in nihilū redacta iacent. Atq; tales quidē, & tam horribiles conuersiones, vt infinita Dei potentia, ita, humanæ fortis incertitudine patefaciunt, & mortales huius mundi incolæ monent, vt, cum nihil perpetuū ac stabile, sed omnia caduca, varijs fortuna-

casibus, & interitui obnoxia cognoscant, cogitationes suas, studia, animum & mentem, quæ re nulla creata satiari potest, ad sublimia & sempiterna bona eleuent, ad solum Deum anhelent. In cuius manu sunt omnia iura regnorum, & omnes fines consistunt.

Et hac quidem ratione, Regna, vrbes, & Respub. manes & labores suos perferunt, fatumque suum, hoc est, ruinam & interitum consequuntur. L. Florus populi Romani & Urbis Romæ, quatuor ponit ætates, infantiam tribuit gubernationi Regum; crescentem verò & adultam, consulibus. Vt enim hominum ætates annorum accessione mutantur, ita ciuilibus societatibus, florentem, maturam, & senescentem ætatē, scriptores alij cum L. Floro, attribuant, senilem, & decrepitam, fatalem urbium euersionem nuncupantes. Ego iustitiam & vinctam diuinam dixerō, quam non fatali, & alieno aliquo casu, sed propria culpa vrbes sentiunt. Fatetur id Cicero, qui Romanam ruinam Africanum ita lamentatē introducit. Nostra, inquit, ætas cum Rempub. sicut picturam accepisset egregiam, sed euanescentem vetustate, non modo eam coloribus iisdem, quibus fuerat, renouare neglexit, sed ne id quidem curauit, vt formam tantum eius, & extrema tanquam lineamenta seruaret. Quid enim manet ex antiquis moribus, quibus ille dixit stare rem Romanam, quos ita obliuione obsoletos videmus, vt non modo non colantur, sed etiam ignorentur? Nam de viris quid dicam? mores enim ipsi perierunt virorum penuria: Cuius tanti mali non modo reddenda ratio nobis, sed etiam tanquam reis capitis, quodammodo dicenda causa est. Noltris enim vicij, non casu aliquo Rempub. verbo retinemus, re ipsa verò iam pridem amisimus. Hæc quidem Cicero, qui, si doctrinam Christianam gustasset, qua nos, per misericordiam Dei imbuti sumus, Anne, cum Syrach dixisset, Regnum a gente in gentem propter tyrannidem iniurias, & alia principum ac populi delicta transferri: Et cum Sapiente, Prou. 14. Iustitia eleuat gentem, miseris autem facit populos peccatum.

Deus iusto suo iudicio, causas quandoque permittit, ob quas vrbes, communitates, & regna, vel domesticis, vel externis bellorum procellis, per afflictionem & paupertatem, ad veram errorum cognitionem, & deprauatæ vitæ immutationem adigantur. Scribunt & conqueruntur Medici, nouos subinde morbos humana corpora molestare, qui ab Auerroë, Auicenna, Galeno, Hippocrate noti & explicati nunquam fuerunt, ita, vt noua sint excogitanda remedia, quæ his curandis, adhibeant. Consimili modo Regnorum, Rerum publicarum & Urbium corpora, nouarum & incognitarum factionum virus, infelici fato, frequenter occupat, quorum ne nomina quidem intelligi, & explicari queunt. Meminit Mejerus in Flandriæ Annalibus BRIGANDORVM; Prædones fuerunt, qui vsque adeo in Normandia inualuerant, vt licet vno anno decem millia ab Anglis supplicio affecti fuerint, tamen ista fece Regio minimè purgari potuerit. Meminit Lesleus in descriptione Scotiæ FACTORVM, qui vniuersam Scotiam diris modis vexabant. BOAGANDOS Saluianus recenset, non quidem seditiosos, sed, quos cruentorum iudicum tyrannis, ob crebras & intolerabiles exactiones, & seruitutem, quæ uis morte durior, criminosos fecerat, vt abs Romanis ad hostes ac barbaros deficerent. Meminit BRABANTIO num Annonius, qui in Gallia summè crudelitate tyrannidem exercebant. Hæc autem grassatorum genera, quare talia sortita sint nomina, nemo hætenus explicauit. Circa initium imperij Valentiniani iunioris BAGAVDARVM factio Gallias afflixit, Battone duce, rusticis seruicij; grauius tumultuantibus. GVILFI & GIBELLINI, quas strages in orbe Christiano ediderint, nemo ferè nescit: qua verò de causa sint ita nominati, non facile expediueris, nisi dubias coniecturas pro veris principijs velis haberi. Becanus in suis Atuatibus, difficillimū, inquit in factionibus nominum causas inuenire. Quoties his annis proximis, quibus factiones primū in Francia, deinde apud nos in Brabantia ortæ sunt, ingenti publicæ tranquillitatis damno, & extremo fortassis, ni Deus auertat, exito christianitatis, disputationū meminimus, qua causa illæ HVGNOTARVM, hæc, GEVSIORVM acceperint nomenclaturam, Etenim eiusmodi absurdas voces, semper ingens aliquod malum portendere iudico: quod Romani etiam crediderunt, dum boni nominis eum esse vellent, quem primū militiæ adscriberent.

Multa de Repub. & Vrbe benè instituenda à summis & præstantibus viris prudenter sunt excogitata, & ad posteritatem doctissimis scriptis transmissa, quorum commentaria & politica præcepta multi ex Magistratu libenter legunt & amplectuntur, & tamen optatam bonæ Reipub. formam assequi nequeunt, sed cum dolore & gemitu quandoque tolerare coguntur, quod non optima consilia in vrbe suis præualeant, quæ publicam ciuilibus societatis pacem perturbent. Quo quidem ipso monemur, vt non nobis, & humanæ tantum prudentiæ, sed diuini nominis gloriæ omnem bonæ gubernationis honorem adscribamus. Nisi enim dominus custodierit ciuitatem, frustra vigilat, qui custodit eam. Quod veteres sibi firmiter persuasisse, multis argumentis ostenderunt, quando vallorum & mœniorum, potentia, quibus

bus arces & opida validè cinxerāt, minimè confidentes, numina quædam diuina, & tutelares diuos colebant, quibus aras & templa erigebant, vota, preces, thura pro communitatis conseruatione offerebant. In vrbe Priapum colebant, Palladem, Mineruam, Iunonem, Opem, Mercurium, & summū Deorum Iouem: In Arcium & turrium munitionibus, Martem: Pro uincias autem & populos, nunc Herculi, nunc Marti certa religione, & opinione numinis, committebant. Vrbes & ciuiles congregationes, per generationis successionem conseruari videbant, idè in honore & veneratione habuerunt Priapum, Iunonem, & Opem: Illam à iuuando, hanc Opem & Opigenam, quod implorata, partum iuaret. Apollini verò, Mineruæ & Palladi, magnos attribuunt honores, quod hæc eas, quas condidit vrbes, prudentia, & bona administratione gubernaret: Quia multitudo, nisi prudentia, & vera sapiētia dirigatur, diu subsistere nequit. Pallas enim, cum Troiam fuisset egressa, subducto Palladio, tum illum in hostium potestatem deuenit.

Marti, in montibus & editioribus locis, in portis & munitionibus, constitutis aris, sacrificarunt, eò, quod is, furiosus murorum euersor, cenferetur placandus, ne ciuibus obesset, & exitiosam potentiam suam in eos exerceret. Et, quia Germani, gens Martia, ferox ac potens, armis semper assueta, hinc litium & bellorum numen, Martem, vt plurimam coluerunt, quemadmodum Tacitus, & Plinius referunt. In Hafsia, Martpurgum, cum arce, præcæso in loco posita, vrbs nobilis, à Marte denominatur. Itaq; Georgius Sabinus, in suo Hodæporico, eam scribit, Mauortis nomen habente Luneburgi, in magnificam Saxonie vrbe, lulni, in celeberrimo quondam Pomeraniæ emporio, in editiore colle Martis delubrum fuit. In Ducatu Slesvicensi extra Flensburgū, supra mœtem, integrū adhuc cernitur Martis delubrum forma rotunda, Nunc D. Michaëlis Sacellum dicitur. Apud Treuiros manet adhuc vetusa appellatio môtium, inter quos, tanq; geminas speculas, Augusta Treuiroꝝ sita est, vt ab exortu solis imminētia iuga, mōs Martis, ab Occasu mons Apollinis eiusq; ped: appositus vicus, et à nūc Apollinis vocatur. Et porta, quæ nunc Simeonis est, olim Marti sacra fuit, per quæ ad bella processuri, exibant, & ad campum Martis (planicie huic monti & portæ vicinā) exibant, in quo tyrones ad Martis exercitia erudiebantur. In Sicambrijs, haud procul à Teutoburgensi saltu opidum est veteribus, Marti sacrum, Martislacus, nunc Dinckslacken vulgò dictum, Namdingen, litigare significat, quod Marti proprium est: Vt etiam furere & insanire, quia feruorem, ferocissimo Deorum Marti, tribuunt, quo excandescēs animus ad iram, imò, ad furorē, acrabiem, Martiali, hoc est, cruento vultu, propellitur. Vnde etiam cruentum, amentemque Deum Martem nuncupant. Hinc, quædam Germaniæ loca olim Marti sacra, à furore acrabie Martis, Tolliates, post, à Germanis Dollendorff sunt nuncupata. Vtiuxta Bonnam primæ Legionis sedem, pagus est, Marti sacer, Dollendorff. Paulo vltèrius in Eiffia Tolliates sunt populi, Dominium est, cui vicus adiacet, cum veteri arce Dollendorff. Quam quidem appellationis causam, furiosum Martem dedisse nuper ibi per doctissimum virum Crisantum Bosium inuenta inscriptio arguit, quæ talis est.

MARTI ET GENIO TOLLIATIVM CLAVDIVS VERINVS  
AD PERPETVM TVTELAM AEDIS TOLLIATIB. DEDIT  
XCL. QVAM AEDEM L. MARCVS SIMILIS DE SVO POSIT.

Martem Deum tutelarem Romanis fuisse, cum Ioue & Vesta, M. VVelferus in commentarijs antiquitatum Augustæ Vindelicorum tradit, Et Cicero lib. de natura Deorum, Martis, inquit, templa duo, vnum Quirini intra Urbem, prope portam, quasi custodis, & tranquilli. Alterum in Appia via extra Urbem, quasi bellatoris & gradiui. Hinc in prouincijs, & Romanorum colonijs, quæ Urbis religionem, & mores imitabantur, Martem, eadem veneratione cultum fuisse, & pro Deo tutelari habitum, complura antiquitatis documenta testantur. Quale est illud in M. VVelferi antiquitatibus.

IN H. DD. DEO. MARTI ET VICTORIAE. CONTVBERNIVM.  
MARTICVLTORVM POSVERVNT. V. S. LL. M.

Cimbri, in ATVATICO suo, nunc Antuerpia, extra Arcem, templum Marti consecrarunt, ea parte, qua Neruiorum, Eburonum, & reliquorum Belgarum imperium maximè respicit. Romani Bonnæ, primæ Legionem Martis numine, tutā & munitā cupientes, in Porta, quæ Vbios respiciebat, & nunc Coloniensis dicitur, sacra Marti Militari fecerunt. Quemadmodum ex antiquissima inscriptione & in loco, per Excellentissimum virum Iacobum Campium Collegiæ Bonnensis Ecclesiæ Decanum longè dignissimum nunc verò Protonotarium & Consiliarium Moguntinum inuenta, & in historicorum gratiam detecta, manifestè constat: Quæ talis est.

IN. H.

P R A E F A T I O.  
 I N . H . D D .  
 P R O . S A L V T E . I M P P .  
 D I O C L E T I A N I . E T . M A X I -  
 M I A N I . A V G . C O N S T A N T I .  
 E T . M A X I M I A N I . N O B .  
 C A E S S . T E M P L V M . M A R T I S .  
 M I L I T A R I S . V E T V S T T A E . C O  
 L A P S V M . A V R . S I N T V S . P R A E -  
 F E C . I M . S . A . S O L O . R E S T I -  
 T V I T . D I E . X I I I . M . O C .  
 T V S C O . E T . A N V L I N O . C O S .

Agrippina Colonia Fanum habuit, & Martis Aram supra portam Rhenanam ad ortum. Vnde hoc etiam tempore, is vicus, Ad Martis portam, vulgò *Martportz* vocatur. Ad quam quidem Agrippinensem Martis Aram, Aluus Vitellius pugionem Romæ ex voto transmisit, quo se Orho Syluius Imperator transfoderat. Apud Romanos namq; more receptum erat, vt Magnatum gladios Dijs suis tutelariis, ac potissimum Marti dedicarent. Refert in Vitellio Suetonius, cum Imperator designaretur, Diui Iulij gladium delubro Marti detractum, prima gratulatione, oblatum, quod in Agrippina Colonia factum existimo. Ità Sceuinus qui in coniuratione contra Nerorem præcipuuserat, pugionem templo Salutis in Hetruria Fortunæ detractum, veluti magni operis sacrum gestabat.

L. XXX. V. V. Hoc est, Legio trigesima Vlpia Victrix, quæ ad Vetera, nunc Santen, ex dispositione Traiani Imperatoris refedit, Martis habuit celebre Fanum. Quod portæ & plateæ in eodem Opido, hoc etiam tempore, nomen reliquit. Cuius quidem Votiuam inscriptionem, ad portam Santensem inuentam, Stephanus Pigius, in Hercule suo Prodicio, tamem designat.

M A R T I .  
 S A C R V M .  
 E X . V I S V  
 S E C V N D I N I  
 V S M A R T I V S  
 L . L . P .

Quemadmodum autem Martem Urbium, Legionum, ac Portarum, Ità Herculem Regionum defensores, ac limitum custodes Veteres constituerunt. Cui proinde Regionum sunt dedicata vestibula. Hinc in Gadibus, ad VVest Cappellam Zelandiæ, & in Frisij, Hercules limitaneus colebatur, vbiq; finium Oceani protector & custos: Ibi siquidem Oceani limites constituebantur. In quorum custodia & defensione prudentia, & fortitudine maximè opus est, quæ ambæ virtutes Herculi adscribebantur, Sed de Limitaneo isto Hercule plura vide quinto, huius operis, folio, vbi Gades occidua, describuntur.

Et demum, vrbes & communitates, vt vniuersum Deorum cœtum propitium sibi, & clementem haberent, Pantheo, multis simulachris conspicuum, erexerunt, & Mercurio statuas sacrasq; fecerunt, qui vt Planetarum est medius, ita ipsum Mediatorem & intercessorem inter Deos, Deasq; elegerunt. Certè, memorabile est, quod de ferrea Mercurij imagine legitur, inter res stupèdas, Galbam Viatorem Lucinio Sophistæ retulisse, Treuiri, Galliæ nobili ciuitate, visam sibi ferreâ effigiem Mercurij volantem magni ponderis in aëre pendentem, magnetis vi, supra in fornice templi, atq; infra in pavemento ferrum medium æqualiter attrahente.

Atque hic quidem superstitiosus ac falsus falorum deorum cultus, ex falsa infidelium religione originem traxit, quæ, quando aura diuinæ gratiæ adspirante, per veræ Religionis & iustitiæ solem in vnus veri ac viuientis Dei cultum est immutatata (quod temporibus Constantini magni accidit, cuius edicto, Deorum aræ subuersæ, templa clausa, & Dijs in priatorum ac diuitum aedes sunt relegati.) Tunc aræ, in quibus Dijs signotis sacra fiebant, in veri Dei cultum sunt immutata, & amotis falorum Deorum simulachris, aræ & templa vni, trinoque Deo consecrata, varijs deinde amicorum Dei, hoc est, beatorum nominibus sunt intitulata. Eum planè admodum, quo omnes Christiani, per sacramentum Baptismi, vni ac vero Deo consecrati, templa sunt Dei viuientis, sed diuersa nomina fortiuntur. Quemadmodum igitur olim extra vrbes, in portis, & editoribus locis, Martem, vt vrbes, & communitatis protectorem, infideles colebant, qui in prælijs, & bellorum expeditionibus ipsis opitularetur. Ità, Maiores nostri, primi Christiani, impium Martis cultum detestantes, eius aras Deo vero ac viuo consecrantes, D. Michaelis memoriæ & tutelæ attribuerunt. Qui, vt olim à Deo, Danieli assignatus est Hebreorum Ecclesiæ defensor, ità militantis Chris-

P R A E F A T I O.

Christianorum Ecclesiæ aciem, & fluctuam exercitum, vt archistrategus, dux, & Præfectus, per gratiam Dei tueretur, atq; defenderet. Multarum vrbiū christiana ac pia consuetudine ita obseruatum, confirmari potest.

De Martis delubro in Ducatu Slesvicensi, Lüneburgi, & Julini diximus, vbiq; S. Michaelis est substituta Ecclesia. Antuerpiæ, templum Martis in S. Michaelis honorem conuersum, prima pastoribus populi sedes fuit. Nunc, magnifica est S. Michaelis ordinis Præmonstratensium Abbatia. Martis etiam delubrum in monte fuit extra Leodium, Vbi nunc est S. Egidij Canonicorum Regularium Abbatia, D. Michaelis memoria, & Ecclesia celebris. Nota est S. Michaelis historia in monte Gorgano. Bononiæ memoria S. Michaelis in Bosco, In Pedamonte, eiusdem Archangeli phanum excelso in monte Abbatia nobili illustre. In Dalmatia, ad famosum Clissæ propugnaculū arcemq; in viciniam, in altissima rupe S. Michaelis Archangeli celebre oratorium existit. In nostra Colonienſi vicinia, Monasterij Eifflæ in altissimo monte, olim Marti sacro, nunc D. Michaeli sacellum per antiquum conspicitur. Quin & Bonnæ, vbi Mars Militaris templum antiquitatis habuit. Quod Aurelius Sintus Præfectus, Anno ab Urbæ condita, 1047. A Christo nato, 297. impensis suis restaurauit, ibi nunc Monasterium, & Sacrum nobilium Virginum Collegium extat, D. Michaelem & in apice Ecclesiæ, & in aditu templi, vt tutelarem Diuum, & protectorem loci effigiatum exhibens, A quo vallis Angelorum nuncupatur.

Sed ipsam Agrippinam Coloniam, patriam nobis longè charissimam, ingrediamur; Vbi, quod supra portam Rhenanam Marti consecratum commemorauimus phanum, in oratorium D. Michaelis, a uorum pietate, mutatum fuit. Quod nunc, necessitate ita postulante, Magistratus auctoritate est amotum, & ad antiquitatis conseruandam memoriam, duæ constitutæ sunt statuæ, quarum altera Martem, altera S. Michaelem Archangelum representat, cum tali inscriptione.

*Aedibus Phano Martis celeberrima porta  
 Abiit, hanc urbem struxit Agrippa parens.  
 Addidit illustre aras, vbi iura ferebant  
 Bellorum & stabant fixa trophæa Dijs.  
 Hic gladius magni fuerat suspensus Iulij  
 Syluius & quo se foderat ensis Orho.*

*Porta Michæli Christo regname, dicatur  
 Sanguinei Martis cum simulacra labant,  
 Ad obscuram fuit moles, & inuitu vrbi:  
 Translatis igitur sit via plana sacris  
 Vt iam Mauortii sum diruamania Portæ  
 Dextera sic Urbem seruet ab hoste Dei.*

Hanc tutelarem D. Michaelis memoriam Colonienſibus imprimis gratam fuisse, hinc facile constat, quia in diuersis editoribus locis, insignita tanti patroni nomine oratoria, a uorum pietas instituit. Vt in altera Urbis antiquæ porta, versus meridiem ad S. Cecilie Monasterium, vbi editore in loco, D. Michaelis celebre oratorium & eccubiū existit, prout etiam in aliam aliarū nostrarū Ecclesiarum turribus, portis, & testudinibus. Quin & primi summæ & Metropolitanæ ædis fundatores tantæ molis fastigium S. Michaelis Sacello, tanquam colophonem claudere, & vtramque campanariam turrim in apice, tanti cōdeprecatoris oratorio coniungere statuerunt. Quemadmodum ignographica istius fabricæ sacre delineatio, hoc ipsum artificiosè demonstrat.

De Christianorum ciuitatibus, per misericordiam suam Dominus, vt horreni draconis conatus, quibus almæ pacis, & concordie decus ipsis eripere statuit, S. Michaelis, omnium que angelorum tutela, per fortitudinem dei frangantur; Ne verus & vnicus in cœlo Iupiter, commerita in eos fulmina vibrare cogatur: Sed Herculis clauæ Palladis, & Mineræ consilia iungant, quod sapientiam diuinam cuncta suauiter disponetem, in omnibus gubernationis suæ actionibus sequantur, quod hac ratione Palladem; quæ de Iouis cerebro, hoc est, à vero Deo fuit sera pietas, & sapientia nata censetur, colentes, ab vno, trinoque Deo, urbium suarum protectionem consequantur, vt ciuium suorum mentes, à noxijs opinionibus liberæ, non mœniorum tantum fortitudine, sed & animorum consensione stabiles, firmasq; conseruent. Et sic tandem, ex hæc terræna, in ciuitatem æternam à Deo prædestinatam, in Hierusalem cœlestem, & supernorum ciuium congregationem commigrent, cuius muri ex lapidibus preciosis, portæ, ex margaritis optimis, plateæ ex auro purissimo, in quibus Deus nosster regnat. Vbi conciuēs nostri angeli, & beatorum spiritus, quorum cohabitatio perpetua lætantium est exultatio, vbi summa pax, quies & tranquillitas, vbi nullus labor, nullus dolor, nulla paupertas, nec senectus, nec vlla mors, nec nox, nullum ibi cibi desiderium, nullum sitis incendium, sed cibus & potus omnium, Christi, & sanctæ Trinitatis visio erit, & diuinitatis puro cordis oculo, contemplatio, & assidua lectio, vt ita dicam, libri vitæ, id est, æternæ veritatis, & summæ sapientiæ, & verbi Dei, quod est, Iesu Christi visio. Ad quam nos per-

ducere dignetur, vnica spes, & exspectatio nostra IESVS CHRISTVS,  
 qui viuit & regnat Deus, in æterna sæcula,  
 AMEN.



# GVILHELMVS SALSMANNVS GEORGIO BRAVNIO VR- BIVM THEATRVM ADORNANTI

**B**RAVNI, carmē eris magnū mihi, carmi-  
nis hares  
Mæonii: te Minciadæ præconia Vatis,  
Maxima te decet ingenii vis, maxima  
Vena:

Quæ minor est mihi quam mediocri vena, fauore,  
Parua, rigata tuo, en, sinuoso voluitur æstu.

Tempus erat, mecum nosti, mihi nosse voluptas,  
Cum primum Latios imitarer voce lepores,  
Nestoris audirem cum te puer ore loquentem  
Admirans secundi oris mirabile flumen.

Æquantem verbis tum maxima pondera rerum  
Te vidi, simul obstupui; sic vtilis hora

Quælibet insigni glomerabat scœnore pensum.  
Non etenim hærebas, precium non vile sinebas  
Temporis esse tui, sed erat preciosus auro;

Vnde tua interitum non vnquam Musa veretur:  
Concedet scriptis genium per temporis omnem  
Circuitum noua fama tuis & grata vetustas.

Qui modò clarus, eris post funera maior; vt aruo  
Mandatum semen, glebis vbi putruit actis,  
Concepta virtute redit natalibus agris,

Scœnore centeno gratum locupletat arantes.  
Gratulor, in grauidis libris tua gloria viuut,  
In grauida quercu vixit, quæ heroibus olim,  
Caudice de sancto Iouis hinc ab origine prisca  
Codex eductus BRAVNI tua dona recludit:  
Scriptorem celebrant te magna volumina magnū.

Templis suspensa velut, domibusq; trophæa  
Signabant olim tabulis præstantia facta;  
Atq; hæc semi deis, post fatum erat altera vita:  
Cerno tuas BRAVNI tabulas, diuturnius ære  
Hoc opus, & validum magis ætas si quid habebit,  
Dum sol exoritur, dum splendent cornua Lunæ.

Tu monstras orbem, redit orbita crebra laboris;  
Tu monstras vrbes, vrbana negocia rerum:  
Orbiste monstrat, monstraris ab vrbibus, vnde  
Laudas, æternū crescens laudaberis inde.

Qui sis paret, & à doctis affurgitur omni  
Iure tibi; spatio quantos ante ire relicto  
Scriptores valeas, testis res ipsa, fidesq;  
Congrua: nō ornas numerū solum modò scriptor,  
Auges & meritum, meritoq; ad scriberis astris.

Hoc aliquid cæleste quidē mihi credere fas est,  
Quod solers naturæ ardor miracula rerum  
Nos penetrare facit, tandemq; insilere fixis  
Sideribus, cælum mens vt cognata reuifit.  
Conditor hoc orbis terrarum magne theatri  
BRAVNI magne facis, calamus cui tantus, vt orbē,  
Vtq; vrbes orbis mensures: linea quanta,  
Oppida quæ mundi simul omnia colligit vno  
Ductu! ne mirum sit cuiquam, linea tanta est,  
Quam trahit vna dies omnisq; irruptaq; semper.

Artificum tibi docta manus, tibi seruit Apellis  
Linea, victuros semper dimensa colores:  
Fuluos cælator iussus conferre labores,  
Ad tua verba studet formas inducere pictis  
Vrbibus, atq; situm mundi omni parentis ab ære  
Reddit; delicias oculis offundit amœnas,  
Quodq; operis videt effectum variantibus, ipsum  
Hoc præcens, verumq; putat; par copia laudis

Est decor, est precium, precijs redimendaq; nullis  
Virtus ingenij veris expressa figuris.  
Vrbis imago quanta est, vrbis te spirat imago  
Tota; tibi toties effingeret ære Colossum  
Ciuis Erithræis ornato vertice gemmis.  
Virtutis decora hæc latuerunt, lumine Solis  
Concomitante modo perfringunt vndiq; mundū,  
Huius mirantem se clausum mole theatri,  
Qui tuus est BRAVNI labor & tua gloria fulgens.  
Sic quod principio quasi parturit umbra Lycci,  
Effundit Phœbus radijs imitantibus astra.  
Quamuis te tantus labor in diuersa trahebat  
Magne virum, tamen haud vires subduxit amicas,  
Nect tibi diminuit vitalem in corpore succum;  
Quippe viges Phœbi seruans cum luce iuuentam,  
Ætatem studijs fallens & stamina Parca.

Diuisit fortuna suis bona fortis alumnis  
Singula, te faciunt eadem collecta beatum.  
Conciliant multis vitæ felicia labem,  
Sed nil dextera fors animo tibi detrahit æquo,  
Quin addit potius generosa modestia cultum  
Cultibus eximij: ita sunt felicia vitæ  
Fata tuæ, sed quæ Ramnusia nulla flagellis  
A tergo sequitur fasto si criminis vltrix:  
Nam Musæ tecum faciunt, & castus Apollo  
Innocuos sine labe dies euoluere suadet.  
Cura veteranos odit studiosa Mineruæ,  
Omnia sed facit, vt sensu discriminet acri  
Virtutum miles, vitæ ne fluctuet ordo.  
In sese, inq; suos suspensa lance tuetur  
Mores, ambiguum casu disquirat in omni;  
Hinc res ampla tibi culpam non affricat vllam,  
Nec sectaris opes, nec opum discrimina sentis:  
Ocia tutus agis, quæ porro negocia dicas.  
Felix illa quies, non à pietate quieta,  
Palladioq; foro, atq; choro, strepituq; Camœnæ.

Dum sudant alij sub iniquo pondere fului  
Plutonis, vinclisq; abdunt crudelibus aurum;  
Infelix vetitis dum intendunt lusibus æuum,  
Contenti solum vitæ ignobilis umbra;  
Aut quam morte magis crudelem dicere vitam  
Fas est, dum Venerem, atq; inconcessos himenæos,  
Sacri homines, intra polluta cubilia tractant;  
Dum vicos obeunt inter spectacula crebri &  
Turbarum sonitus, inter studia impia vulgi;  
BRAVNIVS intendit curis feruentia sanctis  
Pectora; surrectos leuat hinc ad sidera vultus,  
Signaque dat Christi verum spirantia amorem.

Postea succedunt decumana negocia facris;  
Consulit in commune bonum, hæc ad munia quæ-  
uis  
Haud pronus, conuincit eum tamen ardua molis  
Officij, facilem que parat deuota voluntas:  
Quod reliquum, si quid reliqui, tamē esse necessum  
Demonstras operum iam iam immortalibus ausis;  
Adicitur libris, hic est post seria ludus.

Horis quid valeat succisa industria parcis,  
Quas nolles parca tamen esse, fluentia monstrant  
Scripta, peringentes dispersa volumina libros  
Monstrant, historia mundi complecteris vrbes  
Innumeras, sed quæ in numerum rediguntur ab arte,  
BRAV-

BRAVNI, doctæ tua, coijt qua totus in vnum  
Orbis, & ingenio tibi se submisit in æuum  
Omne tuo, quicquid natura constat, in artem,  
In que tuos vsus confert ter maximus orbis  
Olim, nunc verò quater idem maximus orbis,  
India cum accedit soli supposita cadenti,  
Finesq; Antipodum & sine limite peruia tellus:  
Huc labor applicuit finem tuus, huc tua profert  
Scripta simul tecum victura perennis in æuum.  
Semita quæ solis, lunæ qui cursus, is idem  
Musarum, BRAVNI, est post secula multa tuarum.  
Cum Musis hiberna tuis, æstiuæq; degis;  
Hoc Ver, Autumnusq; tuus, Vertumnus is idem;  
Hoc exercitium seruent, moremque beatum  
O vtinam plures, pauci quos Pallas amauit,  
Seruant: è factis exempla probata petuntur,  
Euge, tuis, eademque viris aptissima doctis;  
A proprijs exempla petis tu maxime factis,  
Supra alios pronus virtuti, artique pudicæ.

Insinuas mihi ritè viam; tua limina seruem  
O vtinam, ad similes vclor affurgere curas,  
Vt fateare bonum me, quamuis longius ex hoc  
Diffiteare parem Musæ, Phœbiq; ministrum.  
Cum Phœbo tibi Musa dedit prænobilis artes;  
Huius & huius habes laudes, decus omne; duorum

Tu decus es, laudesque; mihi concede fauorem  
Hunc aliquid, atque adeo magnum concesseris, vt  
sim

BRAVNI ADES, titulo cōmunis amoris, amicus.  
Quantæcunq; forent vires, tibi dedico, partim  
Debeo; tu mihi Musarum non vana parabas  
Subsidia, hæc vitæ auxilium quodcunq; parant.  
Cœperat ingenium prima quasi mæsis in herba  
Efflorere mihi, sed erant quæ multa vetabant;  
Continuo ergo cics arrecta cupidine corda,  
Sed depressa prius mihi: quis neglectus hic, inquis,  
Actor por? cole diuinam, ne abssiste, poësim,  
Te colet ipsa, vicem grauido cum scœnore reddēs.  
Quod fuit obtusum subito tenuatur acumen;  
Prædura ceu cote chalybs, lima; politur.  
Depudet haud igitur, piguit fortassis, ad istam  
Militiam te autore dedi quod nomen: habeto  
Fructus, quos ferret, voluisti, furculus iste;  
Et facias, ramis fiat florentibus arbor.

Scribe potens, felix, vt abhinc sacris olimpo;  
Vtque choris nunc es Musarum interstitus, olim  
Emeritos Phœbo Musisque beatorum annos  
Cum trades, superum pars & non infima fias.  
O BRAVNI patriæ lumen, cōlumenque tuorum.

GRATE DEO BRAVNI, non inficiãde Camœnis,  
Euge, vbijs, magnum condere pergis opus.  
Officium tibi victuras, est pangere chartas;  
Reddam pro sacro nunc Heliconæ choro.  
Gestio, sacra nihil Musis non cedit, tantum  
In studijs studio concelebrate virum.  
Vrbes Palladias quinto cum scœnore profert;  
Sic quoque Georgus Pallade digna facit.


Bella theatra facit; colet officiosa theatris  
Rarum scena virum, fornice clarus erit.  
Amphitheatra cui sient tandem, ista theatra,  
Virtutis montrent vt monumenta noua.  
Nunc est, semper erit, quod cū trāsribet olimpo  
Ingenium, fruitur quo propiore Deo.  
Viuentem inscribet manus illum, doctæ metallis,  
S cruabitque illum floribus herba suis.

ACROSTICHIS.

GRATE DEO BRAVNI, non inficiãde Camœnis,  
Euge, vbijs, magnum condere pergis opus.  
Officium tibi victuras, est pangere chartas;  
Reddam pro sacro nunc Heliconæ choro.  
Gestio, sacra nihil Musis non cedit, tantum  
In studijs studio concelebrate virum.  
Vrbes Palladias quinto cum scœnore profert;  
Sic quoque Georgus Pallade digna facit.

Bella theatra facit; colet officiosa theatris  
Rarum scena virum, fornice clarus erit.  
Amphitheatra cui sient tandem, ista theatra,  
Virtutis montrent vt monumenta noua.  
Nunc est, semper erit, quod cū trāsribet olimpo  
Ingenium, fruitur quo propiore Deo.  
Viuentem inscribet manus illum, doctæ metallis,  
S cruabitque illum floribus herba suis.

# PALATIVM REGIVM IN ANGLIÆ REGNO, NONCIVTZ, HOC EST, NVSQVAM SIMILE, DICTVM.



**N**ONCIVTZ Palatium Regium in Anglia, decimo à Londino lapide, omnium elegantissimum ab Henrico VIII. constructum, Arondelij Comitibus fuit; qui Regem ibi lautè & magnificè excipiens, loci, situsque elegantia, epulis, venatione, multisque delicijs oblectans, Arcem ipsam Regi donavit, talem loci conditionem asserens, vt NONCIVTZ, hoc est, Nusquam simile, meritò diceretur. Rex elegantiam situs, recreationis, & otij peridoneum fore recessum considerans, donationem benignè acceptat, & se effecturum promittit, vt iustas ob causas NONCIVTZII appellationem semper conferret, Diuersarum nationum præstantes opifices, architectos, sculptores, & statuarios, Italos, Gallos, Hollandos & patriotas, sumptu Regio, eò inuitavit, qui mirabile artis suæ experimentum, in hac arce ornanda ediderunt, statuis eam intus & foris condecorarunt magnificis, quæ Romanas antiquitates partim apprimè referunt, partim superant. Spatiosam habet aream, quæ omnem Regiam nobilitatem, & numerosum equitatum admittit, habens in medio fontem marmoreum limpidas aquas ad varios arcis vsus affatim euomentem, quem exquisitus diuersarum statuarum ornatus valde commendat. Mirandam quoque Echo, artifices hîc, in primo Arcis aditu, excitant, Talem enim fornicum & testudinum concantationem, artis industria fecerunt, vt voces & tubarum clangores editi, non semel sed quartò & quintò eandem vocem crepitando resonent.

## DE HABITV ANGLORVM.

**S**VNT Angli proceri statura, venusta & candida facie, cæsijs vt plurimum oculis, & vt sono linguæ Italis persimiles, ita corporum habitu ac moribus ab illis penè nihil discrepant. bellè morati: consilia cunctando capiunt, vt qui sciunt nil esse tam inimicum consilijs, quam celeritatem: mites, & suapte natura ad omne humanitatis officium propèsi, & cum primis nobilitas, vel erga peregrinos, sed plebs præsertim vrbica non item. Amicos domum suam inuitant, hospitioque benignè, & in prandijs ac cænis, hilarè, nitidè, lepidè, atque ampliter accipiunt, idque officium humanitatem vocant: etsi, vt Tacitus ait, pars est seruitutis non modica, alieno tantùm cum tædio, indulgere palato. Cæterum bello intrepidi, optimi sagittarij ac in militia moræ haud multum patientes, & idcirco vbi ad arma ventum est, statim de omnibus fortunis alterius partis dimicant, quia omnium victorem sequuntur. Atque extra patriam, si cum hoste res sit militarem disciplinam seruant. Reliqui, qui ad studia literarum incumbunt, facillè proficiunt, quorum hodie ingens floret numerus. Vestimento non multum ab simili Gallico vtuntur. Fæminæ niueo candore insigni; forma, quam longè decentissimo vestitu honestant. Vrbes habent atque opida egrègia, frequentesque pagos, & villas passim magnificas.

## MODVS VENDENDI LUCIOS PISCES IN ANGLIA.

**L**VCIUS, quem appellant Itali pike, quemadmodum olim vilior, sic nûc apud Anglos multò est pretiosior, qui ex palustri aqua in viuaria translatus, ac nidore illo olido purgato, anguillis minutisque pisciculis passus mirandum in modum pinguis fit: mox in piscario foro viuus cum vendi debet, si opus sit, ei venter cultro aperitur, vt illud pingue quod habet ostendatur: at si minus vendatur, eo tamen vulnere affectus (mira res dictu) haud moritur: quippe plaga filo insuitur, ac statim post in viuario cinctarum glutinoso contactu sanatur. Hæc Polydorus Vergilius, in sua Anglicana historia, Idem Iouius hoc modo refert, Mirum est illud, quod à tot audiui viris, vt vt impudentius fuerit tot testibus, mendacium non credere, quam veritatem aduersus eorum auctoritatem tueri, Lucium, scisso ventre ostendendi lactes causa, inde confuto, atque inter tincas in viuarijs reposito, sanari humore earum, dum se illis lucius ventre affricat. Scribit Cardanus, hoc causam manifestam habere, cum viscera non sint oblata, & humor ipse glutinosus fit, aërque ad corruptionem minime paratus, nec scire se, An in Italia, experimenti hoc sit successurum.

Quoniam verò hic piscarium forum ingressi, nouam de Lucio historiam retulimus, eadem occasione referemus & alteram, quæ innuit, fauos ac feroces tyrannos, ab hoste nõ magno quandoque premi, & superari posse. Dubrauius celebris author (post Episcopus Orlomuzensis, tribus & 30. libris historiam Boemicam complexus est) libro de piscinis primo cap. sexto scribit. Non mihi tempero, quin spectaculum, quod ad viuaria Arcis Cremfircnsis subiecta, dum Stanislaum Thurzonem Pontificem meum affector, à me oculis tunc spectatum, nunc verbis quoque hoc loco spectandum representem. Delitescere in latebris ripæ viuarij, discors Lucio Rana, cum forte Lucius otioso similis, leui caudæ motu summas viuarij aquas vltro citroque fulcuret, quoad tandem ad locum, quem insidijs faciundis rana cepit, propius appelleret: non omisit, benè gerendæ rei occasione Rana, sed simulatque facultatem affiliendi hostis, sibi oblatam vidit, ita, vt erat sinibus buccarum inflatis, oculisque, præ ira flagrantibus, repente in caput illius insilit, lateque diuarcatis pedibus, frontem circumplexa (vide solertiam animalculi) in ipsos præcipue oculos Lucij inuadit, mollissimasque & charissimas lancinat partes: at ille dolore exagitatus modò citato per vndas cursu ferri, fluctusque circum se concitare, modo vertigine rotari, modò fructum & arundinum, quæ in viuario subnatæ emicabant, attritum quærere, si quo pacto malè conciliatum, nullarumque præ se virium infessorè, fronte excuteret: cæterum, omnes eius conatus in cassum cadebant, tam mordicus eandem frontem Rana obtinebat, tamque pertinaciter pœnas ab audissimo corporis sui vexatore, exigebat, donec torpescens, ex multa lucta, viribus, ipse Lucius victus succubuit, seque, ranamque vnà, in ima gurgitis demersit. Adhuc nobis omnibus, qui aderamus eodem loci subsistentibus, luctatoreseque, quod iucundum nobis spectaculum de se exhibuerant, oculis requirentibus, ecce tibi, Rana subito in altum exilit, moreque victorum ouans, coaxans, vitularisque, rursus se in palatia sua recepit. Imperat exemplò Pontifex, acciri piscatores, quod Lucio retibus inuento, in lucèque prolato, cognoscendi potestatem facerent, quidnam cum illo demerso actum esset: atque miser ille vtroque lumine orbis extrahitur, non sine omnium nostrum admiratione: At piscatores vetant casum mirari, se enim crebrò talibus certaminibus interuenire, sæpe numeroque à Ranis Lucios excecatos, atque eosdem emaciatos, piscari, quoniam amissis oculis venari sibi pisces nequeunt, sed sterili tantùm arena ventres suburrant.

## QVI IN ANGLIA PAREMPTITII DICANTVR.

**I**N Angliæ ciuitatibus, & præsertim Londini, omnis quasi populus per artificum collegia diuiditur, exempli gratia: Lanifici de Rege emunt priuilegium, quod sibi liceat inter se societatem coire suam habere collegium, suas condere leges, quibus monopolia instituant, pretium panno laneo constituent, prohibeantque ne alij in vrbe vendant. Est autem *μωροπώλιον* vox Græca: siquidem *μωρός* solus dicitur, & *πώλιον* est venditio, cum potestas vendendi penes vnum est, qui pretium etiam constituit, quod Reipub. vt Iustinianus ait, semper detrimentum affert. In illud verò collegium potissimum veniunt, qui discendo artem, annos septem, decemve, aut eo amplius, seruiunt eiusdem collegij lanificis. Et ij dum seruiunt, aliorumque ministri sunt, vocabulo non in eleganti appellantur Parempsitij, hoc est, pares emptitij seruis, quia perinde lanificis in eos, toto illo annorum spatio, ac dominis in seruos ius ferme est. Post exactos ministri annos ciues habentur: tamen interdum sine famulatu, etiam pretio, ciuitate donantur. Eodem quoque seruitio vel fæminæ in ciuitatem adscribuntur. Quapropter quotidie multitudo puerorum etiam nobilium æquè vt puellarum, vtque ab vltimis Regni partibus Londinum confluit, qui ibi, eo pacto diuitias, honores & honesta coniugia consequuntur.

PALATIUM REGIVM IN ANGLIÆ REGNO APPELLATVM NONCIVTZ,  
 Hoc est nusquam simile.



Effiguit Georgius Houfnaglus Anno 1582.



Virgo Anglica.

Mercatorum uxores.

Nobiles mulieres Anglica.

Nobilis aulica.

Rustica Anglica.

Modus vendendi Lupos pisces apud Anglos.

Parempitius

# ANTVVERPIA



ANTVVERPIA Brabantiae vrbs valde magnifica. Emporium longè celeberrimum, de cuius situ, splendore aedificiorum, populi industria ac ditibus, quorundam extant scripti libelli, & nos aliqualem eius historiam, primo vrbium Tomo dedimus. Verùm quia tantae vrbs magnificentia breui oratione explicari non potest, eandem iam denuò, sed acurarius, in Theatrum spectandam produciimus.

ANTVVERPIA dextram Scaldis ripam, longo tractu, moenibus & turribus coronans; ab Oceano secundum flumen quindecim circiter miliaribus Brabanticis distat, quorum singula in terram tantum spacij complectuntur, quantum si expeditus pedes stato & ordinario gradu, intra horam vnam absoluar, & laboris satis sit habiturus, & non nimium difficultatis. Verum quoniam haecrudis est & pinguis delineatio: acurarius celeberrimi in toto orbe Mercatus positio ad eorum regulam describatur, qui ex coelestium circulorum inclinatione & syderum ortu, terrarum interualla metiuntur, Gemma Phrysius Antuerpia ultra vñ & quingenta latitudinis gradus scrupulos octo & viginti adscripsit, longitudinem autem sex & viginti temporum partibus sex & triginta minutijs primis terminauit. Becanus tamen diligentissimè linea meridiana in plano prius descripta ac crebrius examinata ex frequenti solaris supra finitorem circulum altitudinis obseruatione deprehendit, vltra vnum & quinquaginta gradus, vix viginti scrupulos primos latitudini esse tribuendos. Longitudinem autem non aliam comperit, quam eam quae ex Phrysis est annotata.

De primo vrbs Antverpiae fundatore nominis origine, non vna est omnium sententia: Sunt qui scribant olim, Gigantem hanc Scaldis ripam tenuisse, qui manus iter hac facientium, loco vestigalis amputaret; ac venisse tandem Brabonem, qui inito certamine, beluam illam superauerit, & talionem sceleribus reddens, dextram eius rescissam in Scaldim quanta vi potuit, coniecerit: atque ad eius facti memoriam castrum esse constructum, nomine Hantverpium id est manus projectionem, hinc manuum amputatarum insignia: hinc Gigantis & filiorum eius amburbalia pegmata restare, & quo magis credas, domum haecenus extare quae *Resenhaus*, id est Gigantis domus vocatur: & in ipsa Curia, non tam ossa eius ingentia magno miraculo spectari: sed in marmoreo etiam colosso, qui terribili vultu ex alto forum despicit, memoriam restare sempiternam.

Haec quia sunt comento, quam vero propiora, excusare quoddammodo, tantum non persuadere Ioannes Buchius conatur, eidem Reipubl. à secretis, in opere, quod edidit de spectaculis ibi exhibitis, in Serenissimi Principis Ernesti Austriae Archiducis, Belgio praefecti in eam urbem aduentu, his verbis: Etiam si verò me non praeterit, hanc narrationem quorundam argumentis vel potius coniecturis, quarum fidem à seipsis, vt argumenta petunt, refelli & explodi, nos tamen in Colosso Antuerpiensi describendo, ab eius historia deflectere non potuimus, si minus alijs nationibus probabitur, quod scripta nobis desit auctoritas, solis Antverpiensibus constare sufficiat ad antiquitatem patriae suae comendandam, quae publica fama à maioribus tradita vetustatis quibusdam retentis vestigijs ad nostra vsque tempora peruenit: Quonia autem auctore Thucydide, coniecturis, & r. fle Liiuo fama rerum in historijs standum est, cum nihil certi habeamus propter qui longitudinem, vel cum fidem vetustas derogat, & quia sine vlla examinatione aliorum relata in rebus etiam domesticis admittimus non magis equum est difficilem rei gestae inuestigationem ab Antverpiensibus morose exigere quam incertas aliarum gentium origines admirari: Neque enim minus credibile est quod de Brabone suo Brabantiae & Antuerpienses dicunt, quam de Romulo suo Romani, de Theio iactant Athenienses. Haec ille, Sed his reiectis alia videamus.

Sunt qui ab abiectione Germanicè *Anwerp* / ANTVVERPIAM dictam perhibeant eò quod triplici augmento prioribus moenibus alia sint adiecta. Cum enim longè lateque Scaldis, qui nullis coerebatur aggeribus, nullo certo continebatur alveo, per loca paludosa, vliginosa, atque arundinata liberè expatiaretur, effectum esse, vt & crebro aestu & quotidiano accessu atque recessu maris, crebrisque alluuiionibus paulatim ea editiora fierent, vt hinc nomen sortitam esse, sit verisimile. Videmus enim quotidie, dum aedificij alacrius fundamenta Antverpiae iaciuntur quam varijs sit distinctus fundus, mox arenosus, mox argillosus, mox caenosus, mox concharum marinarum varijs generibus confusus. Quae ex re certissimis ac firmissimis argumentis perspicue constat, Antverpiae situm vndique fuisse humilem, paludosum, vliginosum, eamque ex quotidianis alluuiionibus incrementum, ab incremento autem nomen accepisse, & inde ANTVVERPIAM nuncupatam.

Ioannes Geropius Becanus, in suis Beceselanorum Atuatice, origines Antverpianae inuestigans, multis gumentis ex Iulio Caesare confirmat, primum initium Atuaricorum inter Ambuaritorum Neruos, & Eburones fuisse ad ipsum Scaldim, eo ipso loco, quo nunc ANTVVERPIA cernitur quae tunc Atuatice nomine, à Cimbrorum reliquijs sit conditaque, alij idcirco vetus nomen Atuatice, recens esse ANTVVERPIAM. Hunc autem Caesaris locum allegat. Ipsi, inquit, de Atuatice loquens, erant ex Cimbris, Theutonisque procreati, qui cum iter in provinciam nostram & Italiam facerent, his impedimentis, quae secum agere & portare non poterant, citra flumen Rhenum depositis, custodiae ex suis ac praesidio sex millia hominum vna reliquerunt. Hi post eorum abitu multo annis à finitimis exagitati, cum alias bellum inferret, alias illatum defenderent, consensu eorum omnium pace facta hunc sibi domicilij locum delegerunt. Necessè igitur est, locum inuenire, citra Rhenum, qui satis defendi aduersus omnes Belgas potuerit sex millium praesidio, alij eum quidem inter Eburones & Neruos, quo loco à Caesare collocantur. Et vt Caesare citra Rhenum locum designat, ita Prolo maus vltra Thabudam siue Scaldim, Atuatice in Thungrorum finibus inuenit. Si igitur accuratè totius huius regionis situm, quae Eburonum, Neruorum, & Ambuaritorum erat media, consideremus, nullum locum inueniemus, hoc, in quo Antverpia condita est impedimentis custodiendis, aptiorem. Ab Occidente enim latissimo, profundissimo, & a fluo so flumine claudebatur & vt temporis res erant, vndique à flumine paludes inuiae, alium illud, in Antverpia stat secula vligine cingebant. His accedebat syluarum horror, quarum reliquiae haecenus ad ipsa propè incenia contingunt. Adde vt tum loca erant aggeribus fortasse parum munita longa per Ambuaritorum fines a fluaria. Sed praecipua ad defentionem vis in paludibus fuit, quae urbem haecenus ambiunt, quamuis industria & labore hominum altiores factae, nunc lata pacua iumentis praebent. Nec alius ab Oceano Scaldim aduersum subeuntibus prius locum occurrit in fluminis ripa habitationi comodus, qui citra aggerum munimenta, vndas excludat: quam ad hunc tumulum venias, qui ab arc ANTVVERPIANA siue Burgam, ad Keilam vsque, suburbanum pagum, modicè leniterque è flumine consurgit. Haec Becanus haecenus, qui ex situ loci, ex significatione nominis, ex ratione insignium, reiecto falso commento, de VERPO delubro Antverpiani nominis etymon à proiectis, sublicijsque ripis deducit *Werpen* inquit, idem est quod Latinis proijcere, & quemadmodum in aedibus proiecta quaedam latinis quae vltra parietis perpendicularum longius extant, luris consulti moeniana vel suggrunda. l. 242. ff. de verb. sign.

hominat, ita nobis **Werp** dicitur in fluminibus & mari id, quod vltra natiuum ripæ littorisve ductum, in aquas ab hominibus est proiectum: vel ne naues vadi breuitate appellere prohibeantur, vel quo pohtibus, geranijs, molis, mœnibus, aut id genus structuris alijs locus datur: vel quod in frequentissimis est, quo vis fluminis coercetur. Extant in Pomeriani duo opidula è regione alterum alterius, ad lacû **Frischafte** nominatum, quorum vtrûq; molibus in aquas iactis, factû est, relicto in medio sinu in semicirculû quasi reducto. Horû vni nomê est **Ol**, denverp. i. vetus proiectum, alteri **Neuverp**. i. nouum proiectû. Ex his igitur liquet, quæ tum **Autverpia** & **Scaldula** quo nomine paruus quidam riuus vrbē antiquam cingens vocatur. Omnia igitur longè latèq; quæ circû erât loca, stagnabant aut cœno & paludibus fœda erant: ita vt nec pedibus ob aquas & altam viginem, nec nauibus ob vadiorum breuitatem, accessus hostibus daretur: insigne illud quidem ad muniendam arcē citra grandes impensas adiuuentum, sed commertijs hominum, rebusq; necessarijs importandis, non exiguum impedimētum. Quamobrē vtrîq; accessû, & nauali & terrestri, tum, cum iam altis mœnib. firmisq; nec non fossis latis tuti essēt: consulendum esse rati, ingentes primùm sublicas, magno fistularum pondere stagnatibus paludosisq; ripis impegerunt: quarû multas vidimus, dum fundamētis curi iaciendis, altè humus effoderetur. Hęc igitur ripa **Arca** adiecta **Werp** & posterius consuetudine mollis indicante **Werff** ex re ipsa vocabatur. Paulatim autē crescentē hominum multitudinem necesse fuit ad hanc ripam cōparatā, plusculum loci adijcere, quo hominibus ad habitandū extra arcē locus daretur. E stagnis igitur & paludibus aquas in canales nauîû capaces corriuarunt, quo humus desiccata; tū hominib. habitandi locum ampliôrē, tū pecori pascua præberet sicciora. Hinc factum, vt quod **Arca** erat adiectû, ad ripam **Atuaticorum** vocaretur, id est **Antatawerp**. Ac deinde breuius **Antwerp**. Post cūm accessio hæc magnitudine & numero hominum longè arcē superaret; Arcem quidē **Borge** totam verò vrbē **Antwerp** nominarunt. Manet tamen hæc tunc arcis primogeniû, ad eò vt nemo extra hanc ciuitate donetur, nemo extra hanc, morti abiudicetur. Atq; hæc quidem sufficere videntur, ad antiquū vrbis situm & duplex nomē **ANTVERPIAM** & **ATVATICVM** & **Ambuariorum** municipium rudi quasi minerua depingendum. Reliquum nunc est, vrbem vt ipsam aggrediamur, quod dum facimus, à rebus sacris enarrationem nostram ordiemur.

Primaria **Antverpiensis** Ecclesia **B. Mariæ Virginis** inscripta, collegiata, nūc Cathedralis est, amplitudine, magnificentiaq; excellens, multis ornamentorum generibus decorata. Cuius eminentior turre campanis destinata, mirabili structura ex candido marmore affabrè facta, admirandæ altitudinis visitur, alta pedes quadringentos viginti, vnde non tantū sumptuosissima ciuitatis ædificia, sed & amēnissimi quaq; versus agri, horti, & prata, etiā vltra Scaldim in Flandria prospiciuntur. Sunt in ea triginta tres campanæ promiscuæ magnitudinis, quæ tam cōsonantem edunt sonum, & diuersas Ecclesiasticas melodias ita exprimunt, vt ab harmonia musica vix eū distinxeris. Harum campanarum prima tâta est, vt nulla in Belgio sit magnitudine vastior, octo enim pedes capit eius altitudo, septem cum semipede hiatus in diametro. Canonici viginti quatuor. Presbyterorum magnus numerus, reditus pacis tempore amplissimi, priuilegia singularia, & immunitates haud contemnendæ, præsertim quoad annonâ & vectigalia. Confraternitates, vt vocât, sex, quas vera pietatis & charitatis exemplaria merito dixeris. In quadâ huius augustissimi sani Capella reuerenter asseruatum fuit præputium nostri Saluatoris, eò transmissum anno **M. C. I.** per illustr. Principem **Godefridum de Buillon** Lotharingiæ Ducem, & sacri imperij Marchionem, electum Regem Hierosolymitanû. Cuius gratia solennis processio quotannis, magna religione celebratur, in honore Dominiq; circuncisionis, quo nomine etiam sodalitas quadâ instituta est, quæ ex **xxiii** optimatibus selectissimisq; ciuib. constat, tametsi re tam sacrosanctâ, preciosâq; reliquiarû thesauro, impia ac nefaria iconoclastarum audacia & perfidia anno sexagesimo sexto post seculi millesimum eam vrbē spoliavit. Collegium Canonicorum fundatum anno **M. CXXIV.** quo tempore est consecrata Ecclesia per **Burchardum** Episcopû Cameracensem ad **D. Michaëlis** Præpositum. Is duodecim Canonicos instituit, qui postmodum ad viginti quatuor aucti sunt. Nunc loci Decanus **Carolus Masius**, doctrina & virtutum splendoribus Collegio decori & ornamento est. Ad Cathedralē dignitatē hæc Ecclesia euecta est anno **M. D. LIX.** à **Paulo** eius nominis Pontifice **IV.** qui pio **Philippi** Regis desiderio satisfaciens, Dioceses Galliarum Belgicæ, quæ Maifestati suæ parent, cōmodius diuidēs, tres Archiepiscopatus, siue metropoles instituit, **Mechliniam**, **Cameracum**, **Vltraiectum**, & **tredecim** sedes Cathedralis, quas Metropolitanarû suffraganeas ordinauit. Ita **Antverpiensis**, **Gandēsis**, **Brugensis**, **Iprensis**, **Buscoducentis**, **Ruremundensis** Episcopatus **Machiliniensem** Metropolitanam agnoscunt. Ex hac ordinatione primus Episcopus **Antverpiensis** fuit **Franciscus Sonnius**.

Alter anno **M. D. XCV.** mensis aprilis mortuus **Leuinus Torrentius**, vir mitiore literatura, cultissimus, quod publicâ sua scripta testantur, & politicæ rei prudētia clarissimus. Præminet quoque **Abbatia** **Archangeli S. Michaëli**, vbi Princeps **Antverpiam** appellens diueri asolet, olim **Marti** dedicata, ac prima pastoribus populi sedes. In Ecclesia iuxta altare maius sepulta est **Isabella de Bourbon** desponsata **Carolo de Charlois**, qui postremus **Burgundiarum** Dux fuit, mortuâ inibi anno **M. CCCC. LXV.** vt regale ipsius Epitaphium cōmonstrat. Ecclesiam fundatorem celeberrimū nominis **Norbertus** Comitiss Palatini in **Picardia** & **Diocesi Laonensi** filius. Anno **M. CXXIV.** cuius seriem historia **Norberti** carmine **Abbatie** eiusdem muro affixa explicat. Eodem igitur tempore **Monasterium** hoc, quo Ecclesia **B. Virginis**, augustissima, erectum est. Cum enim **Norbertus** ille, qui & **pimus** ordinem **Præmonstratensem** cum alibi, tum **Antverpiæ** constituit, **Canonicis**, qui ante ad **D. Michaëlis** diuinis officijs præerant, vel cooptatis, vel si nolent, cum iusta æquabilitq; possessionum, reddituumq; portione dimissis, quò vellent, habitatum. Qui ergo emigrarunt Collegium **Canonicorum** constituerunt & non procul ab ipsa arte **Templi** huius augusti, quod nunc videmus iecere fundamenta circa ædiculam **D. Virginis** sacam, à qua toti **Templo** nomen sunt impertiri.

**ANTVERPIA** igitur, vt rebus omnibus & necessitati voluptatiq; seruientibus abundat, sic etiam animæ formata, & Christianæ religionis exercitia vbertim suppeditat. Sunt enim in ea **Parochiales** ædes quinq; **Virorû** monasteria nouem, **Fœminarum**, totidem **Sacella**, vt vocât, octo. **Hospitalia** tria. **Dei** domus, siue vt vulgò dicit **Gosshuysen**, viginti quatuor. **Franciscanorum** imprimis celebre monasterium, & insigni quondam decoratum bibliotheca, quæ bellicis rimulibus dilaniata & direpta fuit, **Carmelitarum** præterea & **Dominicanorum** etiam celebra **Monasteria**, quorum posterius fundatum est anno **M. CC. XLIII.** Nec silentio prætereundum est insignis **Patrum Societatis IESV** Collegium; **Religiosorum** **Patrum Capuzzinorum** Sodalitium. Porro inter ampliffimas, quæ illic visuntur ædes duo sunt vtriusq; sexus **Orphanotrophia** perpetuis, à magnificis viris, admodû liberaliter dotatæ redditibus, in quarû vna pueri (qui otiosi alioquin victû in plateis quarritantes, ad omnē nequitiam enutriuntur) ijs exercentur artibus, quæ ad necessarios hominum vsus conducunt. In altera puellarû institutio tanta diligentia obseruatur, vt spectatissima indole & optimis moribus animû inbuant, manus sic labori adparent vt matura iâ ætate, quæ domi & foris, in stabilienda re familiari opus sunt, affabrè calleant, vnde perpetuû **Antverpiæ** gloriæ monumētum hoc, ex quo tot domesticarû virtutum seminaria pullulant, dignis nequitie lebrari

lebrari encomiis. Quod etiam alijs nonnullis Ciuitatibus sic placuit, vt huius laudatissimo exemplo allecti, hæc flagitiosorum hominum colluue, quam otium & scurrilis educatio generat explodēda, methodum ac normam pro Reip. ipsorum incremento imitari conentur.

Adhæc perfecte laudis & pietatis amplissimum reddit testimonium, quod à magistratu quatuor Iudices decernantur, **Pupillorum** & **Orphanorum** exactissimam curam habentes, singulis præterea annis duo **Eleemosynarij**, duobus eò munere substituuntur alijs duobus (quatuor enim sunt numero) in officio manentibus, ciues ad hoc eliguntur, vti opum copia & facultatib. pollentes, sic & egregia vitæ sinceritate, probitateq; clari, q. i. singulis dieb. festis præsertim **eleemosynam** publicè sub diuinis, & concione exorant, eamq; inter pauperes, adhibita qua par est discretione, partiuntur, quæ quotannis summam triginta millium ducatorum frequenter excedit.

In ipso fere ciuitatis vmbilico, area ampla quadrata, **Borsam** vulgò nuncupant, pariditur, amplissimo **Septa** peristyllo & pulcherrimis columnis, quibus ambulacrum, tecto conclusum sustinetur, tam accuratè fornicatû vt non testudo, sed tabulatum videatur, in quo pulcherrima quæq; videndi sensum oblectantia venum exponuntur, subter, negotiatores tractandarum & commerciorû causa, certis horis quotidie conueniunt, lex etiam quædam stricte obseruatur vt cum campanula ex arte horologica sonare desinerit, qui in **Bursa** post deprehenditur, multam pauperibus erogandam pensitat.

Splendidissima etiam prætoriarum ædes cōspiciuntur, quæ ex marmoreo, viuo, sectoq; lapide, ex regionibus longè distitis comportato, tantis sumptibus, tantoq; artificio quatuor annorum tempore cōstructæ sunt, vt materia operis formâ, & forma materiam ipsam superet. Taceo venustissimū frontispicium in sublime fastigium, per quinq; ordines architectonicos ascendens, ac pro operis symmetria paulatim gracilescens. Nec minus exteriori decenter responderet interior structura, tribunalibus, subellijs, atrijs, conclauibus, ambulacris & aulicam congruo, vtriusq; ordine digestis, vt dictû mirû videatur, quotquot. n. **Antverpiæ** in functionibus publicis, politicis, ærarijs, contractibus, causis, litibusq; priuatis operam suam præstant, quorum amplius est numerus, præter **Senatores** & **Iudices** subalternos, singulis diebus bis eò confluunt ad suam quisq; stationem, ita vt ciuib. a. i. ipsorum opera indigentibus, commo dō accidat, statuta hora Clientibus ad patronos aditum patere, nec (vt in plerisq; Ciuitatibus agi solet) **Procuratores** querendo defatigari, & sic rebus domesticis securè & tutius prospicere. **Portæ** ciuitatis decem & tres, quarum prima **Cæsarea**, cui **Carolus V. Cæsar** **Augustus** nomen impo-suit, vt ex inscriptione liquet, quæ talis est.

CAROLVS V. CAES.  
HANC PORTAM PRIMVS MORTALIVM INTROGRES.  
SVS CAESAREAM NVNCVPAVIT.  
DIE XXV. NOVEMBRIS ANNO  
M. CCCC. XLV.

EST autem hæc porta structuræ solidæ & elegantis, **Hetrusci** infra operis, cum suis fascijs, quas **Rusticas** vocant, supra **Doricæ**, ex viuo saxo & quadrato, pedibus quinque quatuor, sublimis, in pedum octoginta latitudinem protensa, hiatus, seu aperturæ altitudo viginti, & vno pedibus definitur, latitudo quatuordecim, profunditas transitus pertingit ad septuaginta quinque pedes. In eiusdem portæ summa coronice recenter est posita, tredecim pedum, præter balim quinque pedum, ingens statua, habitu antiquo & militari sago cum paludamento fortissimum heroem **Brabonem** referens, qui casu **Antigogo** giganteæ staturæ tyranno, abscessit illi manu talionis supplicio, quo ille in viatores graue vectigal soluere detrectantes, seuire solitus esse dicitur, patriam tyrannide liberasse, & nomen **HANTVERPIAE** dedisse fertur. Quam tamen multorum opinionē **Becanus** in sua **Gigantomachia** falsam esse multis argumentis confirmare nititur. **Ipsius** autem **Brabonis** basi, ad sempiternam memoriâ, hæc literarum notæ sunt in sculptæ.

BRABONI INVICTO OB VINDICATAM TALIONE TYRANNIDEM  
S. P. Q. A.

Ad **D. Michaelis**, porta **Coroneburgica** fuit, præcella turri conspicua, quæ Imperialem coronâ deauratam in summo gēstabat, ceterum **Marchionatus** imperij indicia. Verum tanto ornamento **Albanus Dux**, **Belgij** **Gubernator**, Anno **M. D. LXVII.** **Antverpiensēs** spoliavit, qui illam turrim deiecit, quando arcem ibidem munitissimam construxit.

**Pontes** in indita hac vrbe publici quadraginta, quorum multi stratis lapidibus contexti & vtriusq; magnis ciuium & negotiatorû habitationibus septi, vt pontes esse transeuntium oculos fugiat. Omnes verò reliquos pons marinus superat, qui latè patentis fori magnificentiam, insigni venustate ostentat.

**Status** Politicus, congrua & ordinata harmonia in certos Magistratus est diuisus, Scultetum habet, qui **Rhienensis** quoque **Marchio** appellatur, habet & **Amptmannum**, **Consules** **Scabinos** siue **Senatores**, **Collegia** siue **tribus** & eorum **Decanos**. Scultetus criminalibus causis præsidet. **Ammannus** ciuilibus. **Consules** bini **Senatui** præsunt. Qui duum viri tertio post **Pascha** dominico die cum reliquis **Senatoribus** Magistratum annum ineunt. Ad vnus consulis officium præcipue spectat **Reipubl.** administratio, ad alterum iurisdictionis. **Collegia** sex quæ **Decanos** habent, qui tanquam **Præfecti** res **Collegiorum** administrant. Hæc autem **Collegia** ex selectissimis ciuib. constat, antiquissima totius Ciuitatis præsidia, seu nerui quidam **Reipubl.** ac robora. Qui in custodia & defensione vrbis, quam curam illi præcipue sustinent, alijsq; obsequijs **Brabantiarum** **Ducibus** olim præstitis, quàm fortiter sese, gesserint, plurima ab eis dē concessa priuilegia fidem faciunt. **Horum** Collegiorum alumni in publicis certaminibus honestè exerceri solent. Quorum binâ, quæ **D. Georgium** tutelare habens, chalybeis arcibus siue balistis spicula eijsciunt, vnde **arcubalistarij** vocât. Bina verò **D. Sebassiani** tutelâ insignia, sagittas acernis arcibus emittunt. **Quantum** sub **D. Christophori** patrocinio, nouo tormenti manuarij genere, vritur, quos **Scalpos** nominamus. **Sextum** deniq; quod in **D. Michaelis** clientelam se dedit, **gladiatorum** more, quouis armorum genere cominus pugnat, hinc **Demicatores** nominantur. **Tres** insuper **Confraternitates** stabilitæ sunt, à **Rhetorica** nomē sortitæ vulgò **Wostere**, **Goubloem** & **Olficat**; horum munus est, ciuib. publicè & priuatim **Comœdias** & **Atellanæ** aliaque animi oblectamenta, more **Græcorum** **Romanorum**que exhibere, quorum non exiguus pietatis, morum in spectatores dimanat fructus. **Præcipuus** hominum trium ordo **Wollere** dicitur, vt plurimum ex pictoribus conflatus est, qui studio suæ artis & exercitioribus se mutuo certatim æstantes, summum ingeniorum acumen ostendunt. Itaque hæc ciuitas plures generavit, & aluit pictores, variarum in sua specie **Magistros**, ingenijq; ornamentis splendidissimos quàm vix vlla **Prouincia**.

De quibus licet apud **Gulciardinum** sufficiens inueniatur suppellex, excellentissimorum tamen pictorum catalogo hic etiam numerabimus **Bartholomæum Spranger**, quem **Imper. Rodolphus**, ob artis præstantiam sibi carum habet. Et **Georgium Hoinagel** miniatorem excellentissimū, qui omnes nostros vrbium **Tomos**, diuersarum nationum & vrbium typis, grata venustate cōdecorauit.

**ANTVERPIA** etiam peculiari **Marchionatus** titulo **Sacri Ro. Imperij** decoratur, cuius est perantiqua nobilitas, Semper enim ab ipsa vsq; **Thungrorum** memoria hoc loco **Germaniæ** & **Galliæ** limes fuit, sed non eadem semper ratione. Neque verò ob gentiû discrimen, quod **Scaldis** nomine indicatur, limitis tantum habuit appellationem, sed illa etiam causa, quod hæc maxime parte **Germaniæ** **Occidentale** latus à piratis esset custodiendum, quoniam nullum flumen tam longè intra regionem maximas naues sursum quâ **Scaldis** portaret, qua de causa limes **Germaniæ** **Occidentalis** hoc loco præcipue fuit diligēt, ne quid damni inferretur, obseruā-dus. Is certè **Marchio**, cuius inter **Francos** antiquissima extat memoria non aliam ob causam huius limitis præfectura est donatus, quam quod vim ex **Oceano** per **Scaldim** illatam fortiter repulisset. Nam cum **Cochleasius Danorum** Rex classe inuectis conterminam regionem vndique popularetur, **Theodoricus Ludouici** illius magni, quem **Clodoiteum** vocant, filius natu maximus **Theobertum** filium suum cum valida manu contraxit, adiuncto **Vtilone** fratre **Theodoricus Magni**, vt voluit, **Boio-**  
raan

rum Datis, viro strenuo, & militaris disciplinae peritissimo: cuius consilio & prudentia sic rem gessit, ut Danorum Regem multis vastatae Regionis manibus onustum, iam iamque naues confensurum, quò in patriam triumphans rediret, vna cum toto exercitu ad internecionem usque omnium deleuerit. Hunc successum felicissimum in hoc ad Scaldim limite fortitus, magnam insignis victoriae partem, Vtilionis consilio & virtuti reutil acceptam, quem de hoc nomine sic apud Patrem commendauit, ut limitis Praefecturam pro honorario acceperit. Marchio Antverpianus appellatus, & quo vinculum firmiter esset inter ipsos fororem ei Theobertus dederit uxorem, è quorum copula diuina stirps Caroli Magni pullulauit. Vel igitur hoc solo nomine magni nobis facienda est Marchionatus Antverpiani nobilitas quòd eam dederit ducum, Regumque progeniem qua nulla vnquam in orbe extitit clarior, à qua Rex Hispaniae Dux Brabantiae, & Marchio Antverpianus, sub titulo sacri Imperij, recta linea descendit, annis amplius mille per illustrissimos homines generis serie continuata. Hic igitur tot Ducum, tot Regum, tot Imperatorum sunt incunabula, hic gentis clarissima primordia, hic Marchionatus primò optimos Francico Regno Conestabiles & Palatii Praefectos siue Maiores, deinde Reges dedit ac tum Romanos Imperatores, post etiam Reges Hierosolimitanos & Imperatores Byzantinos è gremio suo produxit: quorum Princeps & auspex Godefridus Antverpiae in suo Marchionatu exercitus in Asiam ducendi primitias collegit. Situs fluminis & negotiationis oportunitas diuersarum gentium nationes huc pertraxit, quae fixam sibi residentiam ibi deligentes magistratus suos peculiare habent, ut Senatores & Aldermannes aedificia sibi elegantia construxerunt, & sumptuosa palatia dicuntur, quae breui narratione describi sigillatim nequeunt, Beneficium hoc Scaldis flumen praestitit. Ptolomaeo Tabuda aestibus marinis obnoxium cuius ea commoditas, ut ex portu etiam altissimarum nauium, plana via ingressus patiat, & maximae holcaedae & onerariae, ripam contingant ita ut manibus liceat onera deponere in terram. Vnde ANTVERPIA mercium variarum famatissimum per Orbem Emporium, non toti tantum Europae, verum Asiae & Africae seruit rebus, tum ad vitæ usum necessarium, tum etiam ad splendorem, & ornatum pertinentibus, ut eam Christophorus Stella Hispanus meritò nuncupet Vniuersi terrarum Orbis forum nundinarium. Tanta enim omnium gentium confluentia, merciumque omnigenum hic est negotiatio, ut Orbem quis in Vrbe contemplari videatur. Quod etiam luculento Epigrammate testatam fecit Iulius Caesar Scaliger inter vrbium reliquarum celebrium elogia.

ANTVERPIA.

*Oppida quot spectant oculo me torua sinistro,  
Tot nos inuidia pallida tela petunt.*

*Lugdunum omnigenum est, operosa Lutetia, Roma  
Ingens, res Venetum vasta, Tolosa potens,*

*Omnimoda merces, artes, priscasq; nouasq;  
Quorum insunt alijs, singula cuncta mihi.*

Simili Encomio eandem urbem illuauit Ioannes Bochius eiusdem Reipublicae Secretarius, in altero Panegyrico, de Antverpia restituta nobis dedit, dum illam per apostrophen sic alloquitur.

*At quis posset opus versis celebrare superbas  
Laudibus aequali, tibi quas Antuerpia, nutu  
Indulset pater et herio? fortuna beatam  
Reddidit, atq; tuis fuit non inuida captis,  
Fecit et extremis celebrare te finibus orbis.  
Et Thyetis tibi blanditur feliciter estu  
Aequoreo, dulcesq; bibunt Nereides undas,  
Te colit, atq; sui tactat Germania partem  
Imperij, stupet & Gallus, mirantur & ora  
Auloniae, rerumq; inter miracula ponunt,  
Cumq; Caledonia stupet aduena classe Britannus,  
Hesperijq; tuum populi, quae caelifer Atlas  
Respicit Herculeam connixus uertice Calpen  
Nomen amant, Marmarici Libyciq; coloni  
Mutatisq; noui venerantur mercibus orbes,  
Emporiumq; tui penetravit fama Syenen.*

*Vidit & immotas radijs solaribus umbras  
Et qui Nilivum Merces bibit accola fontem,  
Ac nudus Garamas tibi notus, & Indus, Eoa  
Quisq; color atos distinguunt lampade vultus,  
Et quibus astrictis calcatur Bosphorus undis,  
Et glacies plaustris teritur migrante, puelq;  
Sithoniae, Scyticiq; palus Maeotica regni.  
Et tibi Cecropij mittunt sua munera ciues,  
Atq; Corinthiaco pontus quae clauditur Isthmo,  
Mittit & Ionias sellas Epidauria merces.  
Nec, Benace, tibi classes in littore Scaldis  
Inuidet aequoreo, nec uelut as inuidet orbe  
Diuitias alio, nec lapidis alta Timani  
Ostia, nec toto commercia libera mundi,  
Fama nec imparibus se tollit ad atera pennis.*

Insignia, siue ut vulgus loquitur Armasymbolum representant, quòd consensit nomine, & nomen ipsum Insignium explicat significationem. Habent enim arma duas manus super vallo castrorum appictas. Quae Atuatium Antverpianum esse ex Becani sententia explicare videntur, ut qua Hatuat Atuat sonet, quod in Burgo Antverpienti praesidiarij, ea, quae manibus accepissent fortiter tenerent. Alij manuum illarum symbolum ad Gigantis historiam, ad Brabonem, ad vectigal, cuius initio meminimus pertinere arbitrantur. Ioannes Bochius Antverpientium Secretarius exquisito & eleganti opere, quod de spectaculis Antverpiae editis, in aduentu Serenissimi Ernesti Archiducis Austriae Belgicae gubernatoris conscripsit, haec de Insignium ANTVERPIENSIVM symbolo commentatur. Quod si mihi de manibus Antverpiae insignibus, diuinare liceret, non video commodiorem neque verisimiliorem huius symboli originem, quam perantiqua Romanorum militia qui inter caetera signa militaria, manuum etiam simulacra retulerant, ad fidem & concordiam exercitus denotandam, ut ex nummo M. Antonij apparet in quo labarum in medio, duo utrobique signa visuntur, quae manum in fastidio singula habent informatam; cum his litteris. Concordia exercitus: sicut & in alijs veterum numismatibus huiusmodi signa militaria adhuc extant.

Multae & magnae sunt Antverpientis vrbis felicitates, quas hic partim recensimus, partim à Guicciardino, Abrahamo Ortelio, Becano Christophoro Stella, Miero, Burlando, Georgio Scregelio, Ioanne Bochio Melchioro Barlaeo, Adriano Scholastico; et alijs doctissimis viris sunt explicatae. Horum tamen temporum minus propitijs fati, & seditiosi ac nimis diuturni belli calamitate multis cladibus grauissimè concussa fuit. Quarum commemorationem illis relinquo, qui infaustum & exitiale hoc Belgicum bellum ex professo describunt. Mœnia habet Antverpia & propugnacula valida, contra hostiles insultus ita firmata, ut prorsus insuperabilis existimetur. Et tamen ab Alexandro Farnesio Parmensi Duce Belgicae gubernatore Anno M. D. LXXXV. per artificiosum naualem pontem, ad deditonem compulsa & in potestatem Clementissimi sui principis redacta fuit. Hoc facinus, heroicum Ioannes Bochius, Reipubl. Antverpientis à secretis duobus Panegyricis in Antverpianam sibi & Regi obsidione restitutam, heroico carmine complexus est, à quo alia expectantur ad eam urbem illustrandam monumenta.

Nihil hic denique de opticum, aliorumq; Antverpientium collegijs, nihil de comitijs, de publicis ritibus, moribus, institutis, de iure municipali, nihil, de amplissimis priuilegijs afferemus, neque viros in omni scientia claros enumerabimus, sed breuitatis causa, ad Belgiographiam Luouici Guicciardini qui eam, in describendo partim copiosè profecutus est, lectorem amandamus. Paucorum tamen hinc memoracionem qui post Guicciardini aetatem floruerunt, praeterire non possumus. Inter eos est Melchior Barlaeus cuius scripta sunt haec: Bucolica de Dijs gentium, de raptu Ganimedos, de vetustissima Brabantiae gentis origine, siue, ut vocat, Brabantidos: Item vrbis Antverpianae encomiū. Inter primos autem numerandus est Andreas Schottus Societatis Iesu Sacerdos vir optimus, & vtriusque linguae peritissimus. Edidit auctorem de viris illustribus, (ab aliquibus Cornelio Nepoti, ab alijs C. Plinio inscriptum) quem auxit & emendauit. Scripsit notas in Aurelium Victorem. Primus in lucem protulit libellum Originis Romanae quem & doctissimis scholij illustrauit. Item Pomponiam Melam recensuit, & Spicilegia post Pintianum auxit. Item Picilegium addidit ad commentaria Hieronymi Suritae in Itinerarium Antonini. Sed haec vltima nondum lucem videre, sunt apud Abrahamum Ortelium Antverpientem Cosmographum Regium. Multa adhuc alia praecelara in litteris & historia, idem ille Schottus parauit.





# Q V I N T I V R B I V M T H E A T R I I N D E X.

- A.
- 20 **A**cademia Andegauensis  
 18 **A**cademia Pictaviensis  
 49 **A**cademia Pragensis  
 16 **S.** Adriani mons & crypta  
 69 **Aetana**, quandoque idem quod **Catana**  
 Ibid. **Aetanae** monsigni eruptione, **Catanensibus** frequenter molestus  
 Ibi. **S. Agata** tutelaris diua **Catanen.**  
 10 **Alcantara**  
 3 **Alfonfus** primus Catholicus, **Hispaniae Rex**, **Hispanos** à Saracenorum tyrannide eripuit  
 14 **Albige**, cristerna **Granatenfis**  
 13 **Alhambra** arx **Gratenfis**  
 14 **Alhambrae** arx orientalis  
 13 **Alufina** **Granatenfis** urbis regio  
 9 **Amantium** se mutuo memorabile exemplum  
 58 **Ameras**, arx  
 Ibi. **Ameras**, palatij **Austriae** magnificentia  
 12 **Andalusia** **Hispaniae** provincia vnde nomen habet  
 20 **Andegauum**  
 20 **Andegauensis** Ecclesiae magna auctoritas  
 67 **S. Andreae** insula  
 20 **Angiers**  
 1 **Angli**, qui sint **Pemptitij**  
 34 **Angli** vnde, sint orti  
 1 **Angli**, vt lucios pisces diuendant  
 1 **Anglorum** habitus  
 13 **Antiquerula**, regio urbis **Granatenfis**  
 15 **Antonini** regium  
 27 **Antverpia**  
 Ibi. **Antverpia** Ecclesia facta **Cathedralis**  
 Ibi. **Antverpiam** esse atuatium **Caesaris**  
 Ibi. **Antverpia** primus fundator, quis fuerit  
 Ibi. **Antverpia** Marchionatus Imperij  
 Ibi. **ANTVERPIAM**, nobilissimam **Brabantiae** urbem breui narratione describi non posse, augustissimi temporij eximia & rara magnificentia declarat. Et **Rembertus Dodoneus** medicus praestantissimus, praefatione amplissimum eius urbis Senatui, quam **Herbario** suo praemisit, testatur quidem. Et tamen tale eiusdem urbis elogium à nobis minimè tacendum exprimit. Sive enim antiquitas urbis, aut limitis eius, siue situs, siue maxima commoditas, siue elegantia, siue alia eiusmodi haud pauca expendantur, vel etiam **Principes**, qui huic dominari sunt proponantur, nusquam non amplissima locupletissimaque ad dicendum & scribendum sese offert materia. Antiquitate enim in primis haec urbs nulli cedit, si limes eius consideretur. Est autem hic appellatorum olim ambuaritarum, quorum **Iulius Caesar** in commentarijs suis de bello Gallico meminit. Si etenim huius verba diligenter expendantur, non alij poterunt esse ambuaritae, quam qui litem **Antverpiensem** incolunt. In hoc ambuaritarum late patente territorio, olim aedificatum extat opidum, quod ab ipsa ditione nomen accepit, & modò retinet, **Antwerpen** dictum. Quo autem tempore aedificatum istud fuerit, licet historiae aperte non referant, peruetustum tamen & ipsum esse satis constat. Fuit enim circa annum Domini 1337. à **Normannis** occupatum, direptum, & igne deuastatum, & ante illum annum multò ante haud dubio constructum ac habitatum. Felicitissimis autem auspicijs, hoc opidum constructum ac habitari ceptum est, id quod saepius aucta, amplificata, nunc amplissima, & celeberrima urbs manifestè ostendit. In initio quidem exiguum fuisse opidum, non modò porta, sed & veteres aliquot restantes muri plenissimè docent. Accepit verò deinde istud haud exigua incrementa, & non semel quidem, sed saepius accessionibus nouis insigniter creuit, & amplificatum est. Prioris incrementi testes sunt viae ac vici publici, à mœnibus nomen retinentes, tum & portae quaedam non ita dudum dirutae. Et, tamen cum istis terminis ac muris contineretur, non exigua foret ciuitas, accedente tamen populi multitudine, & ciuium numero multipliciter aducto, citò etiam in maiorem ciuitatem creuit, amplitudinem, magnitudinemque consequuta, quam visa est habere anno 1542. cum à **Mari-**

no **Rosseio**, alijsque coniuratis, aliquot diebus obsideretur. A quo rursus tempore, non solum compluribus vicis, & magnificis aedificijs exornata est, sed haud mediocrè auctuarium à septentrionis parte, mœnibus late extensis, accepit: veluti & à paucissimis annis ad meridiem huic quoque amplissima accessio facta est, occasione videlicet castris, à **Duce Albano** erecti, quae nunc ex parte dirutum ad urbis amplificationem, & murorum extensionem, opportunissimam occasionem praebuit. Si verò & de situ huius urbis quaedam adducenda: notissimus qui sem hic est, & quidem non ad maris litus positus, sed ad dextram **Scaldis** ripam xvij. aut xviii (plus minus) horarum, si pedibus metiri liceret, itinere ab Oceano distans; loco nimirum periculis & tempestatibus minus exposito, & b. exorbitantis maris fluctibus & inundationibus satis tuto, necita tamen longè à mari quin commodè altissimo altu, quo **Scaldis** oceani vndis, ac venilijs oblectans attollitur, retrosumque fluit, magnae, ac onerariae naues in portum appellere queant. Quem adeò habet oportunitatem, vt quaeuis onera, ac merces, facile, & haud magno negotio, eximantur. Facit verò & ad huius urbis celebritatem non parum, quod in huius portum, ex omni orbis terrarum parte, omnigenis merces aduehantur, sic, vt tamen in extremis **Galliae Belgicae** finibus **Antverpia** sita, in medio tamen orbis posita, ac vniuersi Orbis forum esse videatur, & verè meritoque ad hanc applicari debeat, quod de **Morinis** haud inelegans nostri temporis Poeta his verbis scriptum reliquit.

*Extremi fateor sunt Morini, tamen  
 Si merces videas si populos, scopos,  
 Concursum, rarisque in medio situm  
 Orbe, Orbis referes forum.*

De elegantia verò tanta urbis, vicorum & viarum splendore vel nitore, aedificiorum magnificentia, commoditate, ornatu, Suburborum laxitate, hortorum amenitate, atque in his nascentium herbarum & florum varietate, non pauca etiam scribenda occurrerent, nisi de his tacendum, quam scribendum potius videretur: adeò enim omnium oculis exposita haec sunt, vt pluribus verbis celebrari non referat.

- 67 **Anxa**  
 63 **Aqua** pendens  
 32 **Aquilæburgum**, arx  
 18 **Aquitania** superior & inferior  
 63 **Aquila**  
 19 **Araris** **Galliae** flumen, vnde **Sagona** dicitur  
 9 **Archidona**  
 11 **Ardales** **Beticae** provinciae in **Hispania** opidum  
 7 **Arius** **Montanus**  
 27 **Atuatium**, esse **Antverpiam**  
 16 **Aurivenae** quo nam pacto in **Hispania** sint inuentae  
 51 **Augusta** **Drusi**  
 51 **Augusta** **Tiberia**

B.

- 45 **B**ardae in principes suos **Pomeranos** constantia  
 44 **BARDVICVM**, insignis olim ciuitas, quam ea, quae praeclearam urbem commendare solent, fato felici, celebrioribus suis ciuitatibus **Saxonia** annumerare solebat, distat **Luneburgo** dimidio, **Bergendorpio** quatuor, **Vvicena** duobus eum dimidio, **Hamburgo** sex, **Lubeca** miliaribus decem à **Bardis**, quos poetae vocarunt, ibidem olim habitantibus adpellationem esse sortitam, opinio est. **Crantzius** in sua **Saxonia** lib. 7. cap. 2. aliam etiam nominis rationem commemorat, & simul opidi fatum, euerisionemque describit. Quod paulò altius ex eodem repetere libet, dum **Fridericus** imperator in **Asiae** expeditionem iret, coeperunt in **Saxonia** fieri commotiones non paruae. Nam cum **Adolphus** comes **Holsatiae** Imperatorem in longinquam peregrinationem sequeretur, **Hartvvicus** **Bremenensis** archiepiscopus; iam (vt diximus) in contemptu suorum agens, **Henrico** **Leoni** reddidit comitatum **Stradensem**, vt **Thietmarcos**, qui se iam **Danis** coniunxerat, aliquando eius consilio, & auxilio ad ecclesiae iura reuocaret.



caret. Quumque Henricus in Stadio moraretur, adiere illum primores Holfatiae, illi gratulantes de reditu. Ille loquutus familiariter eisdem, magnos illos speerexit, si operam impenderent, se in Holfatiam reducere. Muebat illos magna olim principis fortuna, perque illam magnos se futuros sperantes, dedita opera Hamburgo, Itzeho, Plo- ra, eiectis ijs quos custodes comes praefecerat, duci aperuerunt. Adolphus autem de Passe, qui pro affine suo ter- ram regebat absentis, & mater Adolphi cum coniuge Lubicam pro sua securitate sunt ingressi, Henricus Leo, quum se illi denuo fortuna aperiret, & iam tenuerit Holfatiam, inde arma quanta potuit maxima contraxit. Acceperunt illi Bernardus de Racebuho, Bernardus de VVelpo, Hel- moldus de Zuuernio comites & alij amici eius: inter quos generi sui Kanuti regis Danorum arma defuerunt. Pri- mam aggressit Bardevvici urbem recuperare. Sed per- tinacius illis repugnantibus (nam inerat validum praes- fidium, quod vrbem pro Bernardo duce tueretur) creuit obsidionis labor, & interuenere pugnantium inuicem (vt fit) contumelias plena verba & facta, vt ferunt, probosa, pro alterno contempta. Quae res duce exasperauit: inde- que factum est, vt dum fortius oppugnaretur quam de- fenderetur, vrbis ipsa die Apostolorum, Simonis & Iudae caperetur anno octogesimo octauo post mille centum, & direptioni militum permittitur. Sauij gladius: qui super- erant caedi, capiuntur milites atque ciues. Post gladium ignis hosticus defauit, ita vt ex illo die non referretur vrbis semel euerfa illa praecara, & quae memoriam antiquissi- mam fertur habuisse. Saxa & lapides inde deuehuntur, vicinisque vrbibus incrementum praebuerunt. Nam cum a mari Lubica, ad austrum Luneburgum increserent, Hamburgum quoque non nihil inde sensit incrementi: quid inter Bardevvicum euanesceret Bardorum olim dixe- re viderunt. Ego fundatorem eius Bardone veteri Saxonum nomine arbitror appellatum inde nomen remansisse: Bar- vvico: quomodo ex Brunone Brunsvico. Nam Bardos no- vnam quantam gentem, sed generaliter omnem indiscip- linatam & barbaram vocant populum.

44 Bardonicum vetus Saxoniae opidum.

44 Bardonicum ab Henrico Leone Duce Braunsuicicum funditus euersum.

45 Bardum Pomeraniae opidum.

32 Bauariae dux, Daniae Rex fuit.

7 Benedictus Arias Mictanus,

25 Berncastellum, Mosellanae Germaniae ditonis Tre- uirensis opidum pro situ loci, & vini praestantia a merca- toribus, & vicinis populis frequentatur, a Ioanne Badensi Treuirensi Episcopo, praeclearis restauratum aedificijs, a Boemundo aulico, cameris, muris, turribus, & propugnaculis copiose decoratum, eodemque Archiepiscopo Boemundo curante, Rudolphus Romanorum Rex, cum alijs quibus- da eiusdem ditonis opidicis Montbaur, VVittelich, Billiche, & Sarburge, Regali auctoritate liberat esse statuit, & hoc si- gilli sui munimine confirmat pleno iure, Prout. Regalis magnificentia Ciuitates & opida libertate concessit. Quam libertatem inclyti Reges Adolphus & Albertus confir- marunt.

50 Berhania opidum.

12 Batica, Hispaniae prouincia, vnde Andalusia dicitur

7 Betis flumen Hispaniae.

16 Biscainorum habitus.

49 Boemiae situs.

37 Borealiuni gentium habitus.

10 Borateia.

12 Bornes.

12 Bornes Baticae prouinciae in Hispania opidum.

28 Brabancinorum natalis conditio.

3 Braccare Augustae antiquissima diuitijs atque opibus florens Portugalliae vrbs.

3 Bracara Portugalliae, quae inter amnis, antiquissima ciui- tas a G. is Celticis, qui ista loca occuparant, tanquam a Gallis Braccatis, qui eam condiderunt, sic appellata. Alij Bracarae originem ad Carthaginenses auctores referunt, & a Braeadis Braegadae (alij tamen Bagradam appellant) fluij tan- dem censeatur origine, illud constat, perantiquam vrbem, aut Romanis fuisse, vt Augustae titulo ornaretur, & ab ea,

quicumque habitabant inter Durum & Limiam populi, Bracari dicerentur, in quibus debellandis, multos annos Romani sudarunt. Aufonius Poeta, qui circa tempora D. Hieronymi scripsit, in Catalogo Vrbium illustrium Braca- rum, Emeritam, Cordubam, Tarraconem, quatuor praeci- puas Hispaniae ciuitates ponit, vnde colligimus, vsque ad tempora Gothorum, florentissimam fuisse Bracaram, non solum conuentu Romanam, sed etiam sede Metropolitana, tanta auctoritate, vt quum S. Turibus Austuricensis Episco- pus, iussu B. Leonis Papae, contra Prifulliam instaret, Synodum totius conuocasset Hispaniae, decreta Concilij, ad Baleonia Bracarensem miserint Episcopum, tanquam, quae cuperent ipsius auctoritate confirmari.

41 Brema vrbs Hanseatica.

41 Bremensia ingenia.

41 Bremensis Ecclesia omnia Aquilonarium Ecclesiarum mater.

34 Britannia, vnde sit Anglia dicta.

10 Abecas Hispaniae Beticae opidi.

66 Calatia, praecipua quondam Campaniae vrbs.

66 Calatini primi Episcopi.

22 Calefium, clauis, frenum, & ianua Galliae.

22 Calefium, siue Caletum, Flandriae opidum.

22 Calefium quado, & quomodo ab Anglis fit per Gallos ereptum.

22 Calefium quando & quomodo Gallis sit ereptum.

22 Calefio in marinis Galliae & Flandriae limitibus, oportuna situs commoditas, multas calamitates & bella genera- uit. De quibus Ludouicus Guicciar dinus lib. 3. de mirabili- bus mundi, ita scribit, Eduardus III. eo nomine Britanno- rum Rex, post profligatum fusi meque Crescentiano confi- cto, longè crudelissimo, Philippum sextum Franciae Regem, anno supra millesimum trecentiesimum quadragesi- mo sexto. Caletum ciuitatem terra marique continenter oppugnatam, ac vndecim menses obsessam, tandem fame obfuscauit, & cepit. Vnde sequuta tempestate, Gallis exa- ctis, & Britannorum deducta eodem Colonia, incredibili sumptu, accurata diligentia, contra quoscumque hostium insultus, ducentos & vndecim annos vsque eo conseruata ciuitas illa fuit, legibus vtens Anglicanis, nec verò Regum Britannicorum alij ianuam eam Franciae male appellare consueuerint. Alij, quamdiu Itiu portum possiderent, cla- uis Galliae se in cingulo circumferre dixerunt. Non mul- tum eim aberrant a vero istiusmodi Apophthegmate, siue allusione: Nam, quod aditus eis illa ex parte vtique pateret in continentem, vbi ita postulasset suscepta expeditio, tan- tum non progressus magnos semper fecerunt, verum etiam timorem Morinis vicinis, & Franciae odiosa frenos, vt plu- rimum iniecerunt. Sed postquam recuperato Itiu promon- torio, Gallianuam illam Anglis praeculerunt, non modò iam ab incursionibus inimicarum prouinciarum, & depo- pulationibus agrorum prohibiti, sed ab continenti (in qua ne digitum quidem telluris, ad fingendos pedes, aut subdu- cendas nauis, proprium habeant) prorsus seclusi, & ab cir- cunfluo Oceano vndique obsessi quodammodo videntur ista ex Arce semel praecipitati Angli.

Hec quidem Guicciar dinus haec tenus. Sed dictu mirum, quantoperè haec Gallorum victoria illius temporis Poetas exercuerit, quorum elogija & excellentia carmina, huic In- dici libenter insererem (nisi eorum me terreret prolixitas) vt eorum comparatione, longè maior Serenissimi & Reue- rendissimi Cardinalis Austriae Alberti gloria hinc passim innosceret, cui merited immortale statuendum tropheum, qui Henrico Nauarreo & Galliae Regi incredibili celerita- te & industria Anno partae salutis, M. D. XCVI. Caletum, potenti praesidio munitum, auspicijs Philippi Regis eripies, Gallis, Britannis, ac Batavis frenum iniicit. Libet tamen, doctissimum Michaelis Hospitalis carmen, de Caleti, & vi- ciniae Guinae expugnatione subiicere, & lector, in eo, immu- tatis mutandis, singula, Austriae victoriae applicanda co- gitet.

DE

DE CALETI ET GVINAE EXPV- GNATIONE MICHAELIS HOS- PITALIS CARMEN.

Sicut mutata fortuna vices, & ludit atrocem Mare suo ludum, nunc huic nunc aequior illis. Nos aded fusi & magno certamine victi Nuper ab Hispanis, sortes modo vicimus Anglos. Erepta patribus tandem, recepit vrbes: Oe ano in modo iustus regnare Britannis. Illi cum lacrymis Terra cessere retenta, Possessaque suis at aus iam tempore longo. Namque erat in suis rediturum haud ante Caletum. Ad veteres dominos, quam se Regina marito Traderet externo veterumque propagine Regum Posthabita, nouus hic succederet aduena regnis. Ipse Valesina venturum è stirpe nepotem, Merlinus vates multo praedixerat ante. Sanguinis vltorem nostri, cladsque futurum Crociaca cecinit qua Francia penè inuentus Omnis, & extincta sunt longa in tempora vites: Non magis ille fuit (quamquam verissimus auctor) Creditus est, Troia Priam quam filia regis. Quin etiam tantum his animi victoria duplex Adiderat, tantus nostri contemptus, vt arcis In foribus summis legeretur marmore duro Incisum carmen (valet id sermone Latino) (CALETVM TVM DEMVM FRANCVS PREMET OBSIDIONE CVM FERRYM PLVMBVMVE NATABIT SVB E- RIS INSTAR.

Barbara vox, supraque hominum fiducia morem. Sed neque tot circumductae, fusaque paludes, Totque obiecta vias passim castella par omnia Praesidijs incesa virum, potuere morari Nostrarum turmas equitum, pedumque cohortes. Ipse feros secum diuersis partibus orbis Adductos rapiens comites, sublimis in alto Lotareus equo, prius est conspectus ad vrbem Designare locum castris, & cingere vallo, Quam miseris ciues illum potuisse putarent Angustos aditus, arctosque euadere calles. Hic labor exoritur que nouus, maior que priore. Murus erat latere è cocto firmissimus, alta Incinctus fossa, verum post agere nullo Subnixus, lapidis iactu vix aequore distans. In medio litus, Nerei quod proluit vnda, Bisque die refluxo terris illabitur aestu. Tum me ludentem nemo, conchaeve legentem Viderit, ac siccam postquam mare liquit arenam. Discedens, pedibus tamen hic constitit aegre. Nec patiens onerum locus est: & sapius alie Subsidet, iniectoque fatiscit pondere tellus. Hac regione, leui subiectis cratibus alio, Exponenda fuit tamen omnis machina belli, Ingenis praeterea, suspensaque ardua turris Misisubis portumque globis, litusque, premebat. Omnia quae tam multa ferax incommoda nosser Miles, & vnus vicit ducis inclita virtus. Expugnata prius turris: mox Regia muro Iuncta domus, primos aditus patefecit in vrbem. Armatis data pax, & inermibus vrbe relicta Illa si ciues alio concedere iussi.

At tu Guma ferax, homini clementis, & aequi Audires potius leges, & mollia iussa, Quam rex experire, manu quid possit & armis. Non tua nunc euerfa, soloque, equata iacerent Naenia: non domibus lapsis inducat aratrum Agricola, magis, nouo seminem praeparat aruo. Quis furor, aut quanam rabies haec strage virorum, Non contenta, simul nisi tantas hauriat vrbes, Integraq, additis cum ciuibus oppida sacret Djs Erebo? Nuper Ternenam vidimus vrbem In Moris, Edmij, superbam vidimus arcem. Vix in vrbis, locus hodie vestigia parent Teclorum, quae sint fortassis in hoste ferenda, Id verò, manibus proprijs sua membra ciues Dejicere, incensasque, faces supponere totius, Parcere nec patriae, victor cui parceret hostis.

Quale fuisse putas, hominum magis ane ferarum? Sed nostris ducibus praclaro munere Diuum Intentata prius caelo victoria venit. Cum mare, cum glacialis hyems, & cum vetus vrbs Gloria, cumq, recens aduersa infamia pugno, Et nimium Fortuna diu contraria possent Talibus, audaces quamuis, abducere caepit: Mens Errice tamen semper tibi constitit vna: Te solum referunt animos firmasse tuorum, Scilicet vt Regum caelesti numine mentes Impellat, trahatq, Deus quocumque videret, Et quo mortales nequeunt peringere sensus, Adfiscant homines, mirari cur ita fiant Plurima, factorumq, absstant quae eret causas.

Ac Deus is quicumque tibi fuit istius auctor Consilij, monstravit iter, ducibusq, praecit Idem Errice tuis, donec res ordime gesta est. Idem, multorum cum posceret era a diernum Miles inops, & signa sequi se posse negaret, Exhausto penitus belli per tempora fisco: Hunc animum in patriam dedit, hanc tibi Carole mentem Vt tu vas, sponforq, rei communis, in vrbe Parista, bidua omne bonis a ciuibus aurum Acciperes: qua mox diuisa pecunia fratri Morigeros comites, & ad omnia iussa paratos Reddidit. His opibus pulsi cessere Britanni Littoribus nostris maria vltra carula Ponti.

Quas, ergo, tot opumq, Deo tantaq, datori Latitia, nobis fas est persolvere grates? An delecta bouum, pecudum vel corpora centum Illius ante pietas grati maclabimus aras? An latum Paana canemus, loque triumpho? Quodq, solet dici victorum carmen honori? Vsurpata malis cultoribus ista Deorum. Nos hanc gloriam potius, laudemq, sinamus Inuicto fortisq, Deo: rurgentia Regum Colla superborum qui proterit, & pede calcat: Subiectos, humilesq, ipsiq, accepta feremus Omnia, tollit humo supra ad conuexa polorum. Qui nos successu nimio, rebuq, secundis Inflatos, ideo castigat more paterno Castibus exercens varijs, nec nostra futemur Quae nos ille suis secur a mente sinebat: Vt rerum & columen nostrarum, spemq, salutis, Priuati, Regesq, Deo ponamus in vno: Nec fracti nimium, dura cum sorte grauiamur: Nec rursusum elati, venimus cum prospera nobis.

- 5 Calis, idem & Gades.
- 21 Cameracum.
- 21 Cameracum an sit Romanorum Samarobrina.
- 21 Cameracensis Episcopatus multo tempore cum Atre- batenfi coniunctus & vnitus fuit.
- 30 S. Canutus Martyr Rex Daniae.
- 61 Caprarola Arx Farnesiana.
- 9 Capriuorum a Saracenis Chritianorum mira defensio.
- 14 Carceres, in quos Chritianos Mauri protrudebant.
- 11 Cartama Beticae prouinciae in Hispania opidum.
- 57 Caroli Mansfeldiae mons.
- 59 Caroli V. & Ferdin. fratru in valle cenipontis occurfus.
- 64 Castellum nouum.
- 9 Castitatis mira defensio.
- 51 Castra Regina.
- 65 Castrum oui.
- 69 Catanense Gymnasium.
- 69 Catana Siciliae vrbs.
- 69 Catana Siciliae vrbs in Demona valle mari vicina, agro fertili gaudet, Theitum vinum ibi natum, praestat omni vino. Vniuersitate etiam, & publico literarum studio Catana in- clarescit, vbi M. Marcellus praetor Ro. post captas Syracu- fas pulcherrimum gymnasium extruxit, quod etfi per tem- poris rerum, edacis, iniuriam, collapsum erat: tamen in praes- ens, vt scribit Marius, sic restitutum est, vt in omni artium liberalium genere frequentissimum sit. Vnde praestantissi- mos viros prodijisse, ait: Charonda nimirum legislatorem, celeberrimum, quem gladio, quod contra propriam legem, ne quis armatus in concionem veniret, fecisse videretur, incubuisse ferunt: Clarissimumque iuris canonici in- terpretem, Abbatem Panormitanum Archiepiscopum.

Diodo.

I N D E X

Diodorus quoque, quem vulgus Liodorum vocat, vir magica arte imbutus, miranda præstigiolorum machinatione Catanæ floruit. Is namque potenti carminum suorum vi, homines in bruta animantia conuertere, omniumque ferre rerum formas in nouas metamorphoses transfundere, longissimisque à se spatijs distitos, repente ad se attrahere posse videbatur. Catanenses præterea, adeo crebris lacessibat iniurijs, & contumelijs dehonestabat, vt vanissimæ credulitatis, laqueis circumuenti, ad cultus ei pendendi studium concitarentur. Qui, cum capitis reum cruci tradendus esset, eliciorum carminum præsentissima arte, è Catana Byzantium, cuius imperio eo tempore Sicilia superat, & rursus è Bizantio Catanam, licetorum manibus dilapsus, paruo temporum interstitio per aera se deuehi iussit. Quibus veneficijs adeo populo factus est admirabilis, & eò tandem peruasit, vt in ipso quandam numinis potentiam esse rati, errore sacrilego cultum sacris debitum ei exhiberent. Sed tandem à Leone Catanensi Episcopo diuina virtute, ex improbitate captus, frequenti in media vrbe populo, in fornacem igneam iniectus, incendio consumptus est.

Cataneus etiam fuit Galeatus, siue Galeotus, vir ad stuporem vique fortis, cuius robustis ac terretibus mbris vniuersæque corporis magnitudini, par virium robor, habitusque, adeo respondebant, vt tota eius compago, exactissimo naturæ ingenio, exulta, elaborataque esse videretur. Igitur hasta lapidisque iactu, lancea, saltuq; omnem hominem facile vincebat. Membrorum quoque robori ingens animi decus affuit. Equo ac pede bellator accerrimus. Neque illi situs, quo minus fortitudinis suæ experientiam ederet, efficere potuit. Armatura enim graui armatus galeatusque humi stans, sinistra ephippium, dextera hastam militarem tenens, strenuo saltu equum insilieb. Grandi etiam statura equum absque freno velociter currentem, insidens, curibus coxisque sistebat. Asinum præterea, magna lignorum congerie, siue quocumque alio onere grauem manibus è terra extollebat. Duos præterea ex robustissimis simul aggrediebatur, quumque alterum atrectaret, alterum genibus compressum vrgebat, nec ante desisteret, quam prius hunc, deinde illum pedibus subiiciendo, amborum manus post terga vinceret. Itaque cum Plumbinum, Florentinorum eo tempore opidum, ab Alfonso Stragoniæ & Sicilia Rege oblideretur, à tribus hostium equitibus petitus, vnum ex eis gladij capulo seminecem equo excussit, alterum, citato equo medium amplexus, è sella extractum, humi prostrauit, tertium, cubito grauius percussit, in fugam conuertit, singulari certamine, quater præliatus, bis in Italia, bis in Gallia Transalpina, toties victor euasit.

25 Cella in hamni.  
69 Cæris apud Catanenses religio.  
7 Ciuitas, quasi ciuitas Iulia.  
24 Cochemenæ opidum Archiepiscopatus Treuirensis ad Mosellam.

24 COCHME, vnum ex præcipuis Germaniæ Mosellanæ opidis, ad Mosellæ ripam se extendit, in montis cacumine arcem exhibens Archiepiscoporum Treuirensium residentiam, per Poëmundum Episcopum, isti ditioni accessit, qui cum Adolpho Imperatori multa officia præstitisset, quodque multa marcharum millia, in eius, & Imperij promotione expendisset, hanc fidem Imperator attendens, Regale castrum Cochme cum opido adiacenti, ac omnibus attinentijs & castris, videlicet Clotten & Kemplum ex cõsensu & voluntate omnium Principum Regni Alemanniæ, irreuocabiliter ipsi & Ecclesiæ Treuirensi cõtulit in perpetuum pleno iure, sine calumnia qualibet possidenda liberè & quietè, simulque regale hoc donum, suo & Regni Principum sigillorum munimine roborauit, Melius ac nobilissimum membrum ac vtilius, pro defensione terræ suæ, nullus decessorum acquisiuit.

Balduinus deinde, famosus Treuirensium Antistes, qui & Moguntinus administrator, & à VVormatiensibus postulatus, & Spirensis Ecclesiæ Rector fuit, ædificijs houis Cochmense opidum ornans, publica etiam ibi itinera, per que vix inanis equus duci poterat, adeo amplauit, vt equus asinusue cum sarcina commodè transire possent.

Ludouicus quartus Rom. Im. Aug. inter multas libertates & priuilegia, quæ Balduino Archiepiscopo Treuirensi concessit, etiam Castrum Cochme & Clottene, cum omnibus apertinentijs iure proprietatis & possessionis tenendum perpetuo confirmauit, ita etiam, vt impignorata ad id spectantia redimere posset à quocumque, ac tibi habere.

32 Coldinga Daniæ.  
11 Coldingam Danicam Fridericus II. Daniæ Rex, multum ornauit.  
32 Coldinga multorum Daniæ ac Regnum priuilegijs donata.

32 Coldinga pons, Regibus Daniæ instar fodinæ metalli.  
51 Colonia quartanorum.  
5 Columnæ Herculis.  
5 Comara.  
55 Comara quomodo à Turcis grauius obfessa, & liberata fuerit.  
58 Comitatus Tirolensis præstantia.  
4 Conimbria Hispanorum Athenæ.  
4 Conimbriæ Cathedralis Ecclesia.  
4 Conimbriæ vniuersale studium.  
64 Constantia etiam Nuceria dicta.  
33 Coneburgum ad fretum Danicum arx nobilis.  
16 Crypta S. Adriani.  
25 Culenum Xenodochium.

D.

33 Dania quales auri mineras habeat.  
51 Dionysij ossa Ratisbonnæ quiescere.  
37 Diethmaria.  
53 Draufstein, Mons.

E.

31 Ekelenporda opidum Daniæ.  
35 Edorensis Frisia Hollandia fertilior.  
35 Eyderstadia.  
35 Eydorensis Frisia.  
35 Euerfup.  
17 Eutropius primus Sanctorum Apostolus.

F.

61 Farnesiana Arx Caprarola.  
66 S. Ferdinandus Calatinus Episcopus.  
59 Ferdinandi & Caroli V. Fratrum, in valla oenipontica occurfus.  
11 Ficus corbeæ.  
28 Flandrorum natalis conditio.  
18 Flissinga clauis maris Belgici.  
28 Flissinga Zelandiæ vrbs.  
30 Fionia insulæ Danicæ primaria vrbs Otonium.  
35 Francos esse Frisios.  
33 Friderici Burgum Arx Daniæ.  
35 Frisia Eydorensis.  
35 Frisios, Francos esse.  
62 Fundi.  
62 Fundani à turcarum tyranno Caradino Barbarossa miserè afflicti.  
62 Fundanum vinum nobile.

62 F V N D I in latio Italiæ opidum, apud Frondinum Colonia Romaniæ est. Via Appia per medium opidum permeat. Hanc viam aliarum Italiæ vrbiũ occasione, descripsimus. Multæ fuerunt apud Romanos triumphantes memorabiles & famosæ, magnis sumptibus fratæ viæ, Nempæ:

Appla	Latina	Labicana	Campana
Prænestina	Cimina	Valeria	Ostientis
Flamminia	Cassia	Laurentina	Ardeatina
Tybiortina	Collatina	Gallicana	Tyberina
Nomentana	Salaria	Setina	Quinctia
Æmilia	Portuensis	Prætoriana	Triumphalis
Cornelia	Claudia	Sturelia	Laticulensis.

G.

5 Gades ab occiduis insulæ partibus.  
5 Gadium antiquarum ruinz.  
5 Gades, Herculis insula.  
5 Gades, nunc Calis.

Gadi-

I N D E X

6 Gaditana thinnorum piscatio.  
6 Gaditanæ insulæ latus australe.  
6 Gaditanæ vigilæ quales  
11 Gallæ naves ad quid conducant.  
16 Galerotta  
67 Gallipolis, magnæ Graciæ vrbs  
14 Generalipha  
51 Germanisheim  
50 Glogonia opidum  
53 Gmunda opidum Austriæ  
35 Gothia, semper Daniæ Regi paratæ  
39 Gothorum Visbia  
15 Gothorum Regia, Toletum fuit  
67 Gracia magna, vnde dicatur  
13 Granatenfebellum difficile  
13 Granatæ occidentale latus  
13 Granatam qua occasione Mauri occuparint.  
57 Graen  
69 Gymnasium Catanense

H.

1 Habitus Anglorum  
16 Habitus Biscaianorum  
37 Habitus Borealiũ gentium  
48 Halla Saxonum  
11 Hardales Beticæ prouinciæ opidum.  
20 Hardeuicia Geldriæ ducatus opidum  
29 Hardeuicem viri doctrina, illustres  
14 Hardeuicensis arx sublata  
34 S. Helenæ sacellum Granatæ  
38 Heida Diethmaris opidum  
33 Heltingorum Daniæ vrbs  
33 HELSINGORVM. Daniæ opidum insigni Emporio & Telonio ad Fretum Danicum, Orfundt, nobile, vbi ad latus maritimum explendescit Croneburgum, castrum munitissimum, & inexpugnabile: Arx sanè magnificentissima, ex latericia facta marmorea, sumptibus maximis Friderici II. quadrati lapidis artificiosa, compage congesta, & mirabili structura absoluta, 1584. Primum enim molem lapideam, in ipso littore, ante arcem coaceruari iussit: quæ trabibus maximi roboris contextis, sudibusque transueris, & cratibus firmissimis connexis corroboratam, fluctibus opponi fecit: cui Saxa immensi ponderis alia, super alijs grandioribus, ad stabilendum operis pulcherrimi fundamentum iniecta sunt: ne vt antea opificum incuria, vndarumque frequentissimis, & violentissimis latratibus lambentibus, id dehiscat, & fatiscat.

Haber hoc castellum aliud in aduersa RIPASCANIAE, quod ELTZEBVRGVM appellant. Vtroque sanè bellicarum machinarum vis ingens, hinc, & illinc, ad concutiendum naues furtim, & sine venia præternavigare, debitumque portorium subtrahere conantes, locata.

Nam hoc in loco, naturæ beneficio, ad id præparato, pro mercibus vltro, citroque exportandis, rursusque inuehendis, alioque transfuehendis (si modo quis navigationem institutam, securè absoluere velit) reddenda erit ratio. Quis secus faxit, capitale esto: Et bona quantacumque fuerint superacta confiscantur.

Velificantes igitur dorsumque angusti maris, hac calcantes, quocumque soluerint siue in LVSIUANOS, vel HISPANOS, GALLOS, BRITANNOS, vel quæqua versum, cursum direxerint, angustas Porthmi fauces, vtrumque castellum interlabentes intrare coguntur. Et portorium salis, vini, aliarumque mercium pretiosissimarum, carbasis diductis, pendere tenentur. Quibus dimissis, mox alij onustiores rationem reddaturi, cateruatim comitant: & voluntatem regis Daniæ præstolari tenentur. Idque bono iure, quod pro ipsorum salute, transituque seuro regia clallis, perpetuis sumptibus instruat, & triremes per æquora traducantur, vt quicquid piratarum inuelligetur, capiatur, crucique adiudicetur. Ne spoliolorum lucris guttatis, inducitur, prædæque dulcedine illecti maius in posterum facinus tenent, quampluresque innocenter trucident, neue impunitatis spe, huius pelagi portibus tanquam receptaculo, sentina piratica abdita delitescat, incautisque indias locet.

Ita beneficio Neptimi Danici, mare purgantis, neminemque prædonum elabi permittentis, tuto omnibus, sine feruitus & mortis periculo transmittentibus, saluus conductus, quo volens, patet. Si quidem opem suam, contra piratarum impios ausus implorantibus, promptissimè communicat, & negotiatoribus tutissimum maris usum conseruando, vnicuique terræ suos ciues saluos reddit. Quamquam verò Dania, neque aureas venas, neque vineta, quibus gloriatur, natura habet vt Arabia, Hispania, Vngaria, Italia, & Germaniæ hoc modo conferri possit: profert tamen, præter alias fodinas metallicas, suas amplissimas opes: & reuera hoc maris Balthici ostio vini, & aurifera est: ram Viniflamm mare, quoniam in aureum flumen possidet, Cuius anniuersarijs redditibus immensis, Regiæ Gazæ, opes, quæ ex crescentes, Hermo, Tago, Pactolo & Rheno non cedant.

5 Hercules columnæ  
5 Hercules cultos.  
5 Hercules Gaditanus  
5 Hercules limitaneus  
5 Hercules Marcusanus  
5 Hercules Mufagetes  
10 Hermandad  
48 Hildesheimum.

7 HISPALIS, eius Hispaniæ Prouinciæ Metropolis, quæ cunctas diuite cultu, & quodam fertili, ac peculiari nitore præcedit, Bæticam veteres à Bæti fluuio, Recentiores VVandalusiam, à VVandalis, eam posteriore seculo occupantibus vocarunt. Quæ quidem Hispalensis, vrbs omnium totius Hispaniæ vrbiũ ornata, cultu, & elegantia ciuium, & quodam priuato, & quasi natiuo splendore, nulli totius orbis secunda: pietas in ea, & bonarum artium studia, & nobilitatis exercitamenta apprime florent: diuitiæ etiam, & opes, quantas nulli vnquam Regno aut Imperio, quamuis excellenti, nisi vni fortan Romano, contigisse legimus, in eam congestæ sunt. Ipsa enim omnium Europæ vrbiũ opulentissima, quas ab altero penè terrarum orbe, quem prima aperuit, immensas, nec vllis prius sæculis auditas diuitias accepit, in vniuersum Christianorum orbem largè diffudit, ac ipsos etiam Barbaros, qui penitiora Asiæ atque Africæ Regna colunt, abundè occupat centum, & amplius auri miliones per aliquot annos in Basilica Indici commercij commentarios, bona fide relatos, constat, & hinc æstimare liceat, tantundem certè à vectoribus occultatum, ne Rex ad tempus mutuetur, timentibus: quid si infinitam, & penè incredibilem opum vim expendamus, quæ ad hæc tempora à principio Melantiæ navigationis eò conuecta est, bis classibus quotannis non alio mercium genere, quam auro & argento onustis, ac eo plerumque faburratis ad nos redeuntibus? Sed hæc peregrina, & aduenticia quicquid dixerit: porro, proprijs diuitijs adeo pollens est, vt Regi suo, cuius nomini ac maiestati deuotissima est, sesquimillionem aureorum in singulos annos obsequij, & vectigalium ergò, libentissime reddat: quantum multi Principes ex integris Regnis corradere vix possunt. Versantur ibi hospitem & aduenarum, mercimonij causa innumerales turbae, ac præter hos, censa sunt in ea, à proximis annis, viginti quatuor ciuium millia priuatarum domos aut domicilia habentium, in viginti octo tribus diuisa, quarum prima D. Mariæ titulo, & sano insignis est, & nullum habet Christianus orbis excellentius, si operis amplitudinem & maiestatem, sacra quadam hilaritate, & pulchritudine venerabilem, & turrim summæ celsitudinis, è qua statas horas signum datur, editissimo & ope olissimo fastigio admirabilem spectes, vnde in vniuersam vrbe & latissimè circumiacentes campos, iucundissimum prospectus est. Quid Regiæ arcis ornamenta vnde Regia describam? qua nullam elegantioris structuræ, aut gratioris voluptatis Hispani Reges habent, quid præterea sumptuosa Ducum, Comitumque, & illustrium procerum palatia; quid amoenissimis fontibus & vireis ornatas ciuium ædes memorem? præterea antiquos aquarum riuos, longe per arcus, in varias vrbis regiones deriuatos & recentiores S. P. Q. H. ingenti sumptu & industria ad Herculanæ, quas vulgò vocant, columnas deductos, & publicæ voluptati dicatos, palustri, & vlginosa vastissima amplitudinis area, consitis arboribus, in pulcherrimum viridarum reformata, & latissimis spatijs

b

in circi

I N D E X.

in circi speciem addiscursiones & voluptarias inambulationes relicti. lam verò, suburbanos hortos omnibus delictijs & amenitatibus refertissimos, totque per agros, & ad Bætis ripas magnificentissimè extructa prætoria quis dignis laudibus prosequatur? quibus commeatantes, & ex vitroque orbe redeuntes quotidie spectare licet. Ipsa enim Hispalis Oceani Regina, quasi amborum sequestra in medio posita, vtrumque felicissimis nauigationibus & opulentissimis commercijs coniungit, longum fuerit vrbani senatus & Regij prætorij maiestatem, & Frianensem arcem commemorare. Est autem Triana egregium suburbium, ter mille ferè ciuibus ad vteriolem Bætis oram habitatum sub licio ponte, & multis nauigijs strato, citeriori ripæ atque vrbi sese coniungens, qui verò aruorum lætitiâ & felicitatem omni genere frugum redundantem cõsideret: id certè luxuriantis naturæ & profusissimè genio indulgentis opus esse dicat, nec vsquam alias, vt humanis voluptatibus & commodis gratificetur, æquè delicias opesque suas ostentantis atque exhaurientis.

8 Hispalensis Ecclesiæ magnificentia  
8 Hispalensis Ecclesiæ Maioris magnifica turris.  
8 Hispalensis territorij antiqua monumenta  
16 Hispania auri diues.  
7 Hispania quasi Hispalia.  
7 Hispalis vnde nomen habeat  
10 Hispaniæ itinera, quæ ratione à latronibus & prædonibus sint tuta.  
28 Hollandorum naturalis conditio.  
23 Hortus Comitissæ Mansfeldiæ Lutzenburg.  
57 Hungarici Regni primas, Archiepiscopus Strigoniensis.  
3 Husum opidum, quare priuilegijs vrbis ferius donatum.

I

54 Aurinum.  
54 Iaurinum quando & quomodo à Turcis captum.  
22 Iccius portus, an sit Calefium.  
8 Ierenna territorij Hispalensis in Hispania opidum.  
28 Igel, villa Mosellana, visendum antiquitatis monumentum ostentat, de quo eruditorum referunt sententiæ.  
65 Ignes Montis vesuuij.  
66 Imaginum sacrarum celebris in Ecclesia Calatina vsus.  
51 Imbrilibis.  
58 Inspruck.  
67 Infulæ S. Andree.  
8 S. Ioannis de Foratche vetus Hispaniæ Beticæ opidum.  
7 Iulia Romula, Hispalis est.

K

52 Kockeren.  
32 Koldinga, opidum Daniæ peruetustum, cuius meminit Ptolemeus. Eam præ alijs Christianus III. ob loci amantiam, aëris clementiam, & salubritatem in delictijs habuit. Ideoque Aquilæ Burgum arcem, (Quisputa) ciuitati supereminentem de integro studiosè renouauit. Vbi & humanis rebus miraculosè subductus, animam Deo reddidit Anno Christi 1559. Serenissima autem Regina DOROTHAEA, post mariti obitum, KOLDINGAE, quod reliquum vitæ erat, in perpetuo cõlibatu viuere præoptauit: magnum suæ viduitatis ac mœroris exemplum exhibens. Vbi scholam nouam, intercessione viri consolaris: Seuerini Paludani (piæ memoriæ) mota, iuuentuti extruxit: & pauperibus Nosocomium condidit. Eius munificentiam, olim pædonomus istius loci, hoc Elogio, foribus Scholæ deauratis litteris affixo, celebrauit.

*Dorothea impensis domus hac extructa renides  
Quæ Danum con-uxit regia, regis erat.  
Illius æternum florebit nomen in orbe:  
Quod musas larga fouerit ipsa manu.*

Ex hac Danica Koldinga prodijt Iodas Loldingensis scriptis hoc tempore celebris, cuius Theatrum extat & historica narratio Daniæ, & omnium istius Regni insularum: Elegans etiam diuerforum carminum opusculum: Ex cuius musæo plura & maiora expectanda.

7 Laciburgum.  
47 Lacinium.  
53 Lacus Gmundanius.  
34 Latrocinii diuinitus puniti exemplum.  
51 Legio quarta Italica.  
52 Linzium Austria.  
37 Loci natura hominum conditionem immutat.  
13 Loxa.  
34 Lubecensis Episcopatus.  
1 Lucius piscis à Raria captus, & superatus.  
1 Lucios pisces, vt Angli diuident.  
16 Lugdanum.  
19 Lugdunum cor Franciæ.

19 LVGDVNVM, Strabo scribit totius Galliæ vrbem omnium nobilissimam, & populosissimam, Narbone excepta. Et hodie quidem nec dignitatis, nec magnitudinis est minoris, cum tantus sit mœniorum ambitus, colles duos, & vinea complectens, vt ei paucissimæ Galliarum vrbes anteponi possint. Mercatorum commoda sedes, & Romanorum olim domicilium gratissimum; Quod in primo, & hoc quinto Vrbium Tomo, latius à nobis deductum fuit. Nunciatem paucis commemorabimus, quantum Lugdunenſis Ecclesiæ ornamentum extiterit S. Irenæus, duplici in cœlis decoratus, Doctoris, & Martyris aureola; & quam malam huic martyri & Doctori gratiam Galli reuerent. Beati vtrique Lugdunenses, quibus talis Apostolicorum temporum Theologus, Euangelicæ doctrinæ dispensator contigerit, qui non solum beatissimum Polycarpum S. Ioannis Apostoli & Euangelistæ auditorem, habuit præceptorum, sed & cum alijs Presbyteris Apostolorum discipulis & successoribus, familiariter conuersatus est, ijs floruit temporibus, quibus Christi recens effusus pijs feruebat circum præcordia Sanguis, Cuius pietatem & eruditionem in signè, scripta sua, & sententiæ spirant, quæ à Sanctis Ecclesiæ Patribus, in lucubrationibus suis frequenter citantur, quibus, velut vermiculatis emblematis & fulgētibus stellis, scripta sua exornant. Postquam verò multis exantlatis laboribus, & satis longo cursu bonum certamen certasset, fidem seruasset, & iam corona accipienda superaret, sub Seuero, qui in omnes sæuos, in Christianos sæuissimus, in quinta, post Neronem persecutione, iam grandævus, omne tormenti, & afflictionis genus expertus, Lugduni, martyrij laureolam promeruit. Cuius vrbis ciues, Christianæ & Catholicæ pietatis amantissimi, Apostoli & Euangelistæ sui sacratissimum corpus, magna religione ad hanc nostram ætatem pio cultu asseruarunt, donec Hugenotorum furor, omnium, qui ab orbe condito, geniti fuerunt, tyrannorum rabie efferatior, & perniciosior, Anno Domini 1562. deprædatis ferè vniuersæ Galliæ templis, Lugdunum, & alias varias vrbes occupat, depopulatur, diripit. Monasteria præcipuè, & alia sacra loca Turcico more deuasat, imaginibus, bibliothecis, altaribus, sacramentis, sacris nullis parcat, Proh nefas. Etiam cum vita functis, cœloque regnantibus bellum gerit. S. IRENAEI martyris ossa, de requie sepultura tollit, ab asylo mortis in quo clarissimum Christi Iesu aduentum, & resurrectionem gloriosam expectabant, auellit, in ea iterum sæuit, iterum ad martyrij certamen reposcit. Post thecarum aurum direptum, præciosarum reliquiarum B. Irenæi partem aliam in profluentem demergunt, aliam, capitis nempe cranium, pilæ more pedibus protrudunt, & per vicus plateasque tota die contumeliosè deludunt. Quod tandem in riuulo derelictum Catholicus quidam Chirurgus, clam suffuratum, domi abdidit, donec ferè post biennium Christianissimus & Catholicæ religionis vindex Carolus, vrbe recuperata, Archiepiscopo, Clero, Magistratui, populoque Catholico plenam libertatem reddidit. Qui omnes publica supplicatione indicta, ad domum, in qua latere reliquias didicerant, cum magna religione properant, veneranda ossa colligunt. Ad Ecclesiam nomini eius sacram, reuerenter deferunt, & asseruanda collocant. Hac autem, vt maiorem apud posteros fidem haberent, in acta publica referri curarunt.

42 Luneburga inferioris Saxonum vrbis.  
42 Luneburgenses Salinæ.

4 Lusitania

I N D E X

1 Lusitaniæ nobilissimum Emporium Olisipo.  
43 Lutzenburgum Augusta Romanorum.

M

11 Alagæ solum nobile.  
25 Manderſcheit.  
23 Mansfeldiæ Comitissæ Petri Ernesti Lutzenburgensis hortus.  
50 Mariani Teutonici milites.  
27 Marchionatus Imperij Antverpia.  
60 D. Marci Venetorum Ecclesiam hic spectandam exhibuimus, quæ à D. Marco Euangelista nomen habet, cuius corpus ex Asia Anno Christi D. CCC. XXVII. aduectum, & hic repositum fuit. Est hoc sanum omnium splendidissimum: Est enim marmore varij generis contuso in frustula, sic vndique colorum ordine decenter obseruato, compactum atque compositum, vt non lapidem, sed coloribus depictas imagines, iudicares, aliquibus verò in locis, & quasi omnibus, magnificentissimè ornatum auro. In choro columnæ quatuor marmoreæ ex templo Salomonis aduectæ, quæ, adhibito lumine, perspicuè apparent. In vestibulo, tres ex Pilati atrio translatae, locus item marmore signatus, in quo Fridericus Barbarossa Imperator, Romano Pontifici humiliter se submittit. Supra portas statua æneæ equorum quatuor, ex Constantinopoli, cum Veneti eam occupassent, transposita; & eo primùm ex vrbe Roma ex Arcu Triumphali Titi Vespasiani allata: Porticus, marmoreis columnis cxxxvj. sustentatur, & cuius regione D. Marci turris, deaurato tecto, & tabulis æneis, varijs historijs, artificiosissimè incisis, emicat.  
10 Marisma.  
20 S. Martini reliquæ apud Turonenses in veneratione fuerunt.  
56 Maros opidum à Christianis sub tributo inhabitatum.  
14 Mafmoros.  
14 Los martyres.  
7 Mattadero.  
9 Maurorum in Hispania tyrannis.  
59 Maximiliani antrum in Oeniponticis montibus, in quo de vita desperans, biduum fuit, & ex eo mirabiliter liberatus.  
17 Mediolanum, Santones esse Ptolomæo, plerique existimant.  
38 Meldorpium Diethmarisæ opidum.  
10 Messones.  
24 Monasterium in Campo Meisfeldensi, Ditionis Treulrensis, opidum, vallis ac muris circumdatum, Collegiatum, Parrochiale, ac Hospitale, cæteraque opidi benè conlitiuati ornamenta habet.  
16 Mons S. Adriani.  
57 Mons Caroinus.  
33 Mons Draunstein.  
65 Mons Paulilippus.  
16 Montes Pyrenæi.  
64 Mons S. Siluestri.  
65 Mons Summanus.  
75 Mons S. Thomæ.  
65 Mons Vesuuius.  
23 Monumentum perantiquum, in villa Igel propè Mosellam.  
58 Mulbach.

N

51 Nabus flu.  
65 Neapolis.  
65 Neapolis felicitis & luxuriantis Campaniæ Metropolis, Principum totius regionis sedes, non tam magna quam populosa. Plateas habet, tribus exceptis, quæ lata & miræ magnitudinis sunt, maiore ex parte strictas, & angustas, olim filicibus, nunc lapide cortili stratas, in quibus obseruandus ordo in disponendis collocandisque ciuium & artificum edibus. Fabri enim, & eiuſmodi artifices, qui strepitu moleſti sunt, vel cariorij futores, qui fordiora exercent munia, in extremis vrbis partibus, suas regiones obtinent, reliquam vrbis partem nobiliores, alijque ciues. Singulæ propemodum domus fontes habent salientes copiosa, saluberrimæque aqua. Hyemem vix sentit, cuius gratia palatia & domus non habent tecta in altum eleuata, sed tabulata, calce leuiter superiecto in decliue eminentibus cymbis, ita extructa, vt in summo ambulare possis, totamque vrbem simul, & itare cõtemplans. Munira est, & fossas habet lxxx. pedes profundas, Portas octo, Arces etiam præcipuas tres, ex quibus ab omni irruente vi se facile potest tueri.

Novam validissimè munitam, iuxta quam turris, in qua conseruantur Cæsaris iocalia, vt vocant, nempe sceptrum aureum, ensis, habens capulam, & vaginam auream, gemmis elaboratissimam, corona gemmis, incred. bilis magnitudinis rutilans, postum Cæsareum vetustum, Cappa imperialis, cuius phylacteria gemmis refertissima, Crux aurea, longitudinis vnus palmæ, Poculum magnum, gemmis vndique ornatum magni precij, Poculum minus, smaragdis, robinis, saphiris, & vnionibus. Item margaritæ & præcipua gemmarum genera in bona quantitate. Cæsaris demùm effigies ad vitium expressa. Videntur in ea etiam aliquot bombardæ æneæ, quas Elector Saxoniz in pugna ad Vitebergam amisit.

Item turris S. Vincentij, quam Galli, capta arcè, adhuc sex menses tenuere. Quamobrem omnes, cum tandem vincerentur, in præmium tantæ fortitudinis vita sunt donati.

Est secunda Arx vetus, Et tertia in rupe altissima sita.

Fora sunt ampla, quorum vnum famosissimum la Piarra del vltimo, propè castrum nouum, in quo olim spectacula exhibebantur, præmij vltimo suspensio, hodie à ditioribus, & mercatoribus habitatur. Basilicæ publicæ quatuor, quas alij Prætoria, alij Porticus nominant, vulgò I. quatuor seggi. In his statutis temporibus anni publicus conuentus habetur, & conueniunt in ijs mercatores singulis diebus, contractuum celebrandorum gratia, Tribunalia quinque, S. Pauli, in quo leuia debita expediuntur, la Zeccha, vbi ea, quæ ad mercaturam, la Vicaria, vbi causæ iudiciariæ ciuiles & criminales tractantur: Summaria, vbi de patrimonio Regis: Sacrosancta, vbi iurgia, iniuriæ, & aliæ lites deciduntur.

Templa multa, in quibus splendidissimum S. Mariæ Oliueti, vetustissimum S. Pauli, olim Castoris & Pollucis. Et amplissimum S. Clæ sepulchris Regum & Reginarum Franciæ magnificè decoratum. P. rochiæ quadraginta, Templum Monachorum quindecim, Vestalium octo, Gymnasium celebre, in quo professiones quaestuosæ florent, literæ exiguo sunt in precio, fundatum à Friderico II. Imperatore. Bibliotheca aliquot, ex quibus præcipua S. Domini, in qua libri non pauci Ioannis Pontani ab Eugenia filia, in doctissimi patris memoriam sacro loco dicati. Hospitalia duo magnificentissima: Primum Mariæ Annunciatæ, alterum, Mariæ de Populo: quibus & tertium accedit ægritudinum incurabilium, in quo verno tempore vltra M. M. ægrotorum, qui Guaiaci potione vtuntur & curantur. In granarium quotannis deferuntur CCC. quintalia frumenti. In stabulo regio, centum equi generosi aluntur, de quibus Regi quotannis duodecim dono mittuntur. Palatia sunt magna & ampla, inter quæ maximè laudatum Salernitanum, quod nunc in Collegium Dominorum Societatis I. E. S. V. conuersum. Fontes in publico, equitibus aqua limpidiſſima varijs modis, nunc lanceæ vnus altitudine, nunc duorum capitum crassitudine, nunc per centum fistulas profi it, sunt multi ac varij. Horti ac villæ innumera. Ciuitatis hortis, villis, aquam præbet sobethus fl. uius. Mulieres vrbis deformes sunt. Hospitia villa & incommoda. Nusquam equorum maior cura, nusquam tanta Principum & Nobilium multitudo, nusquam, quod ad vniuersorum mores pertinet, populus corruptior & ferocior. Vrbis autem & munitior nunc facta est, & amplificatum pomerium, Plateæ in meliorem formam redactæ, & fontes plures, quam antea, excitati.

Ob tanta Neapolitanæ vrbis ornamenta, haud mirum videri debet, quod à Strabone legitur: Romanos olim in hanc vrbem aut studiosiorum, aut ætate confecta, quietis & otij causa plerumque secedere solitos. Quamquam plurimi quoque, non tam recreationis animorum, quam volu-

I N D E X

voluptatis ac deliciarum gratia, propter summam regionis amœnitatem, & aquarum passim hoc situ, maximeque Baijs & Puteolis erumpentium, item, ob cœli quoque salubritatem Neapolim petent.

Castellum S. I. I. in morte præcelso Neapolitanis imminet, eosque in Regis sui obedientia conseruat. Vti dici queat, Ite in castellum quod contra vos est. Ibi Carthufianorum Monasterium, in quod Galli non recipiunt. Quod Gallus cœnobij Prior, olim, coaceruata pecunia, aufugerit.

Castellum nouum, Neapolitanum in ipso vrbs ingressu, quod Carolus primus Angolemensis, anno post Christum natum M. CC. LXV. cum Beatrice coniuge rex Neapols in Lateranensi Pano Romæ a Clemente IV. Pontifice, corona sumpta, designatus, ædificauit, vbi Monasterium Minoritarum prius erat, cuius in vicem D. Mariæ Nualis fratrum obseruantium condidit. Eandem arcem post Alfonso primus instaurauit, operibusque maximis sepit, adeo, vt firmis Europæ totius propugnaculis annumerari merito queat.

Castellum oui, modico extra vrbs Neapolitanam spacio, in scopulo, (Meagrum veteres appellabant) cinctum mari, & Hispanico munitum præsidio.

25 Nicolaus de Cusa Cardinalis, quantus & quam memorabilis fuerit.

1 Nonciatus, id est, Nusquam simile, Regium in Anglia Palatium.

35 Norstrandia Insula.

94 Nouum Castellum.

64 Nuceria.

64 Nuceriæ sunt in Italia quatuor.

64 Nuceria etiam Constantia dicta.

O.

66 Otauius mirti Calatinus Episcopus celebris per Germaniam & Belgium Apostolicus Nuncius.

30 Odenfch, Daniæ vrbs.

80 Oenipons.

59 Oenipontica vallis.

59 Oitinum opidum, sedes Episcoporum Lubecensium in Oeniponticis montibus, antrum Maximitani.

59 In Oeniponticis montibus monumentum occurfus Caroli V. & Ferdinandi fratrum.

34 Oldenburgensis Episcopatus.

2 Olifippo Lusitanæ emporium celebre.

2 Olifippo septem præcipuis ædificijs condecoratur.

30 Otonium Daniæ vrbs.

30 Otonium, Fionæ, quæ maxima est Daniæ insula, vrbs primaria, ob maris vicinitatem, & non incommodam nauium stationem, mercaturâ præstans, & ædificijs tam priuatis, quam publicis ornata; inter quæ elegans est Basilica D. Canuti Regis Daniæ, ac fratris sui Ducis Benedicti, monumento decorata. Item Christiani tertij Regis Daniæ, antè, quam Ros. hildam translatus est, cuius Epitaphium reparatum est liberalitate Frederici II. Daniæ Regis. Est etiam cœnobium D. Canuti fratrum Benedictinorum. Cœnobium D. Claræ extructum & habitatum à Serenissima Regina Christiana coniuge Ioannis Regis Daniæ, emortuis autem monialibus, cœlit in habitationem Pastori ad Diuum Albanum. Cœnobium Fræscianorum, quod vnâ cum templo ædificatum ab Erico pio Rege Daniæ, qui in ista Ecclesia dormitionis & quietis locum sibi delegerat, sed ibi non sepultus est. Monumenta autem hic sunt cum Epitaphijs Ioannis Regis Daniæ, & coniugis eius Christianæ, filiorumque Christiani secundi Regis Daniæ, & Ducis Francisci in auro cœntia mortui. Quorum ibi varia Epitaphia leguntur.

65 Ovi castrum.

56 Ovvar, Hungariæ castrum.

P.

10 Palacios.

26 Palatiolum Pfals / Archiepiscopus Treuirensis opidum.

26 Palatiolum, germaniæ Mosellanicæ Augustæ Treuironum suburbanum opidum, telonio olim, nauigantibus no-

tum, quod Cono Archiepiscopus Anno M. CCC. LXXVI. Imperatoris Caroli permisso, instituerat. Per Ioannem & Merzenhausen Treuirenses Antistitem, Arce & Aula Pontificali magnis operibus munitum, instauratumque, Ibi, Iacobus Badensis Anno M. CCC. L. V. suprema capiens fata, inde Treuiron relatus in choro Basilicæ D. Virginis sepultus, quiescit.

60 Palatium Ducis Venetorum splendidissimum & sumptuosissimum, quomodo Anno 1577. incendio deformatum & conflagram fuerit, huius Theatri tabula expressum est. Aliud etiam eiusdem Palatij incendium Leander commemorat, sub Duce Petro Candiano. Qui anno decimo octauo Ducatus tyrannicè gesti, cum per seditionem popularium circumfessus in Ducali domo fortiter inde cum suis se tueretur, flammis in ædes ab tumultuantibus iniectis, ardente tecto, fugam capiens, vnâ cum filio crudeliter obruncatus est, incendioque illo, non solum Curia Ducalis, sed etiam D. Marci, D. Theodori, Diuæque Mariæ templa, priuatæ verò domus supra CCC. conflagram.

68 Palma vrbs vallum & propugnaculum contra Turcas in Dalmatia.

68 Palma nouum Reipub. Venetæ in Foro Iulio opidum, siue potius, vna magnifica & insuperabilis arx, tribus miliaribus plus minus ab Aquileia versus Septentrionem, Anno salutis 1593. inchoata, & nunc operibus, & propugnaculis multis, contra barbaras Turcarum excursiones, sceleriter consummata.

1 Parempitij, qui sunt Anglis.

65 Paulippus mons

65 Paulippi montis crypta.

65 Paulippum promontorium Campaniæ, habent Plinius & Columella, quod hodie Posilipo nominatur, Benedictus Falconius in sua Neapolitana descriptione tradit, hunc montem vrbs Neapolim cingere, cumque nunc hæc noua nomina habere S. Hermo, Antoniano, Conochia, & Cabo di monte quo promontorium ipsum denominatur, Neapolim egressis primum se offert Margellina pars huius Paulippi montis, faxis candentibus, in qua templum Actij Sanazarij cum eius sepulcro marmoreo, cui imposta ipsius imago, & ab vna faxeophagi parte Apollo nudus cum Cheli, ab altera Minerua armata, tenens Gorgana, infra Pan insidens caprinæ pelli, canensque fistula Neptunus cum Tridente, Calliope cum cythara, cum duabus alijs puellis. Epigraphæ cum Virgilianæ sepulturæ inscriptione, superius in æde D. Mariæ a pie de Grotta est relata: Grotta verò hæc vel Cripta, quæ transitur, & in longitudine habet vnum milliare Italicum, dicitur in xv. diebus ex cauata opera C. millia hominum, architecto Cocceio & Luculli impensa. Inde Plin. Lucullus exciso etiam, monte iuxta Neapolim, maiore impendio, quam villam ædificauerat Putipum & Maria admisit, qua de causa Pompeius magnus Xerxem rogatum appellabat.

Sepulchrum Virgilij eo loco fuit, vbi hodie Patuleo ad exitum Criptæ in aggere edito, vbi & eius villa, quam postea Siluis emit, & Neapolitanum Silij appellauit. Inde Martialis:

Silius hæc magni celebrat monumenta Maronis, Iugera sacundi, qui Ciceronis habet, Hæredem domumque, sui simulq; larisq; Non alium mallet nec Maro, nec Cicero.

Eo loco vbi templum fortunæ olim, hodie Mariæ, adgressum Paulilipi: Vefiorus Zelous post assignationem ædis Fortunæ signum Pantheon sua præmia D. D.

Post hac alia in eodem promontorio templa S. Mariæ de Consolatione, S. Brigidæ, Petri. Item alius mons Capo de Agnoue cognominatus.

18 Pictauium.

18 Pictones.

39 Piktis, habens infantem, captus in Gothia.

57 Plindenberch.

36 Plona Holfatiæ opidum.

36 Plonenis Ranzouianus hortus.

50 Polconium, opidum.

45 Pomerania vnde dicta, & quomodo diuisa.

10 Pons Alcantaræ.

51 Pons Ratiponenfis.

18 Potiers.

I N D E X

49 Praga.

49 Pragensis Academia.

ibid Praga noua

ibid Praga vetus

49 PRAGA, Regno Boemæ, Metropolis, Bubenium, & M. robudum, Auertino, Casturgis Ptolomeo dicitur. De qua in ipso opere plura, quæ verò ibi, ob loci angustiam omisimus, hæc sunt. Non longè à Cathedrali Pragensi, templo, verus oriente solem, situm est Monasterium Deo dicatum virginum, toto regno vetustissimum. Nam à Duce Vratislao, S. Vincellai patre erectum est: Diuo Georgio sacrum, in quo templo ipse Vratislao, cum matre sua S. Ludmilla, & nepote Bohuslao Pio quiescit: Sacerdos hic cœnobio præfata, pastorali baculo vitur, & principis defungitur honore, quin etiam ipsius præfidentia requiritur, in coronanda Regina. Est & ab alia arcis huius templi parte, aliquando remotius monasterium, vulgò Strahoro, aliàs, mōs Syon, dictum, quod iuxta ipsa vrbs mœnia, in admodum arduo colle, Petrin dicto: ædificatum, sepultura Vratislai primi Bohemiæ Regis, qui ipsum condidit, celebre est & clarum: Nec silentio prætereundus est Regius hortus amœnissimus, iuxta fossam arcis altissimam, situs: varijs arboribus, ac stirpibus, non tantum domesticis, sed & peregrinis, & Italia, Hispania, & alijs longinquis regionibus: huc allatis & plantatis instructissimus; opereque topiario fragrantissimus. Hic videas mala Punica Citria, Limonia, Aurantia, non infelicitè prouenire, olera, & herbas exurgere intra lamillas ferreas, instar literarum formatas, & apto contextu orationem dominicam exprimentes. In hoc horto aluntur Leones, intra ligneos cancellos inclusi, nec non mirandum ex India animal, quo anteriore parte ceruam, reliquo corpore camelum mentitur, adeo vt clarissimus Dominus Andreas Matheolus græca voce Ελαφοκάμηλος τερεδ appellari posse testatur. In penitior huius viridarij secessu, habetur domus elegantissima faxea, ad refectonem, deambulationem, & omne prospectum concinnatissima: nam quos habet ambitus, inferiorem & superiorem. Inferior est porticus, columnis teretibus æquali interstitio, circumquaque positis. Superior est subdialis, cuius extremitates sunt continua series lapidum, in quibus variæ imagines, ex veteribus historijs & Poetis artificiosissimè excisæ, lucundissimum præbent spectaculum. Ab hoc horto, vnus stadij interstitio extat viuarium Regium, muris longo circuito septum, sed non est conferendum ad nouum illud, quod Serenissimus Archidux Ferdinandus quatuor à Pragensi Castro stadijs distitum condidit, & spatiosissimo murorum ambitu cinxit, in cuius meditullio magnificentissimum, cultissimūque stat palatium, ad figuram stellæ fabricatum, vnde ei nomen datum. Pavimentum habet ex marmore tessellato, nitidissimum, & conclauia multa picturis elegantissimis ornata. Quin etiam & illud, Pragensium ornamentis adnumerandum est, quod Collegium Societatis Iesu, habeant, institutum à Ferdinando Cesare, qui pietatis & eruditionis fructu ex eiusdem Societatis Collegio Viennensi, promanante, commotus, etiam Pragensi instituit & dotauit, cuius prima iniitia & fundamenta iecit D. Petrus Canisius, eximius Societatis Iesu Theologus. Varios huius vrbs fortunæ conditiones & casus, quos temporis successu, sub Regibus Principibusque diuersis pertulit, breuitatis causa omitto. Eos Georgius Handschius à Limoso, ex Pragensium Annalibus, ex quibus & hæc descriptionem excerptissimus, admodum diligenter collegit.

Pragensium præstantia Pragensis vrbs ornamenta, que iusto & peculiari libro commemorari possent. Verùm diuersi & afflictissimi tantæ vrbs casus ostenderunt, nihil esse sub sole perpetuum, Regna, communitates, & vrbs certa habere fata, quorum dum puncta attingunt, iusto permittent Deo, ne sapientiæ inuitantur humanæ, & proprijs confidant viribus, inexpectatis casibus sæpè corruunt. Hoc Praga in vnus veræ ac auctæ Religionis professione sub Regum obedientia florenti, tum primum accidit, quando fatale vrbsium ac Politiarum malum, hæresis, cam inuasit. Et Calixtinorum seu Thaboritarum occupauit studium: per quod funesta contentione scissum est & inflammatum vulgus, vt non tantum Praga, sed ne in toto quidem Regno vix vllum monasterium integrum reliquerit. A deo enim Apostatarum linguæ imprudentem plebem ad natum suum rapiebant, & effreni audacia, conflato ex-

ercitu Magistratum mutarint, excludentes ab officijs & dignitatibus bonos, ac spectatæ & antiquæ probitatis viros, alios ære multarint, alios patrium solum vertere coegerint, homines pleb-ios & inopes, eorum loco substituerint, qui carbones minæris conflandis ad officinas suppeditare solebant. Qui deinde calicis, & nouæ religionis prætextu, rapro viuere, quam labori operam dare mallebant. Quam quidem furentem seditionem continuatam optabant, ne nouis dignitatibus exuti, vel ad laqueum, vel ad soluta remitterentur officia. ab his, vt quicquid veteris Catholice Religionis Pragæ supererat, totum exploderetur, Religionis cardines ac vincula dissoluerentur, & exterminarentur. Vt sunt sacrorum ministri, & humaniora atque Theologica studia. Itaque Vniuersitatem turbarunt, Monachos & Religiosos omnes trucidarunt, vtramque Nouæ, ac veteris Pragæ Curiam, multorum Senatorum sanguine conasperarunt: nec ipsi quoque Regi pepercerunt, quem telis, faxis, veneno impetuerunt. Monasteriorum bonis ac possessionibus direptis, ignem ædificijs subecerunt. Monasteria magnifica, Templamiro artificio, & amplitudine commendata, euerterunt ac solo adæquarunt. Quæ quam celebria, quam conspicua Praga fuerunt, multorum stupenda ruina, ac rudera manifestè declarant. Atque hunc tantum furorem, cædes, rapinas, incendia, sacrilega, Apostata ac seditionis ministri, Religionis prætextu valebant, vesano populo corpus Dominicum, & calicem præferentes, pro quo solo obtinendo, solliciti, quare hunc passim in parietibus, in vexillis, in templis pingebant, vt haud incitè quidam adscripserit.

Tot pinguis calices Boemorum terra per vrbes, Vt credas Bacchi numina sola coli.

Hæc paulò fufius à me Thaboritarum occasione, qui magnis cladibus Pragam affecerunt, commemorantur, vt palam fiat: Regna, Impéria, & vrbes, per veræ & Romanæ Religionis imutationem, & peregrinorum dogmatum inuectionem perire. Qua de re vnica Eusebij Historici sententiam ex libr. 10. cap. 7 subijciam. Ex pluribus inquit, rebus apparet, religionem, in qua summa cultus, situr sanctitatis reuerentia, si extenuetur, magna pericula adferre Rebus publicis: Ac rursus eandem, si legitimè tractetur, & custodiatur, maximam prosperitatem Romano nomini, & cunctis mortalium rebus præcipuum præstare cœlicitatem.

50 Primislaui opidum

5 Promontorium S. Sebastiani

16 Pyrenæi montes

51 Q Vadrata

54 R Aab

45 Raceburgensis cathedralis Ecclesia.

ib. Raceburgum, olim, vna religione florente, nobile Saxonæ opidum, Cathedrali Ecclesiæ, aræ, & stagno, quod mare appellare posset, præstans, varias fortunæ conditiones pertulit.

Henrici Berchmeieri xxvij Episcopi Raceburgensis tempore, Magnus Saxonæ Dux, ditionem omnem inuasit, & occupauit, ita, vt Canonici apud ecclesiam, & in residentia sua permanere non possent: qui post septennium, imperiali auctoritate, tandem in integrum sunt restituti.

Similem rursus calamitatem, sub Georgio de Blomendal xxvij. Episcopo, ab eodem Saxonæ Duce, Raceburgensis ditio pertulit.

Tempore Christophori de Schouvenberg xxix. Episcopi, Volradus, Comes de Mansfeld, Episcopatum Raceburgensem inuasit, Canonicos, quos in residentia inuenit, vinculis constrinxit, omnia Ecclesiæ ornamenta, ipsas etiam compans abstulit.

Eandem fortunæ aleam infelix Raceburgensis Ecclesia Anno 1560. à Saxonæ duce sentijt. Dum eius administrator Christophorus Megapolitanus in Liuonia abesset.

Multò verò crudelius eadem tractatur Ecclesia Anno 1574 ita ut mirum sit, illam vnquam potuisse emergere.

36 Ranzoro A. x.

36 Ranzoro. Inus. P. onæ hortus.

57 Rascianur. m. opidum.

51 Ratifpona.

ibid RA TISEBONA. quæ olim fuit Augusta Tiberij. Nunc verò sub imp. io Germanico vrbs est libera in dextro Danubij littore. Suburbium habens in sinistro, quod vrbe ipsa apparet antiquius, vbi merces Boemicæ & Noricæ expolite, inde secundo Danubio, in Auftriam, Carinthiam, & Vngariam deportatæ fuerint, priusquam ponte illo totius Germaniæ augustissimo, qui nunc in Danubio visitur, vrbs ipsi suburbio iungitur. Infra verò suburbium, quod iuris est Bavarici, è regione vrbs, amnis quidam nauigabilis ex vicino Boemica salu fluens, Danubio miscetur, cui nomen Raegen antiquitus editum, manet & huic alter pons lapideus, satis elegans, latus ac firmus, priore illo Danubiano multo antiquior, impositus est, per quem iter est admodum frequens & expeditum in Boemiam & Silesiam. Existimandum proinde, illud suburbium, & præterlabente amne Raegen, & superimposito ponte, nuncupatum fuisse Ragenfpruck: quemadmodum Inspruck, & ad Mosellam, Sarpruck: illamque appellationem tunc apud exterarum gentium vulgarissimam præualuisse, Donec tandem egregius & mirabilis ille pons Danubianus exstructus esset, qui aduentantes in vrbem Trans Danubianum, eo vsque Reginoburgum à Reginobirga cognominatam, pellexisset. Ceterum, suburbium Ragenfpruck, latina appellatione Ragenfpontem velut Oenipontem fonasse, credibile est, vnde facilis erat deprauatio in Ratifponam. Non quidem, vt perperam creditur à Ratib (Est liquidem statio locus is, male fida carinis, præsertim à latere vrbs) sed potius ab amne Raegen, eulque ponte deducta deriuatione. Sic quidem, vt Germanis non minus constat vrbs suæ Reginoburgi appellatio Regenspurch, quam suburbio à Regensponte, Regespruck, vtrinque in Ratifponam deprauata Qui Imbripolim vocant. Nisi quod imbrēm, pro Raegen, hoc est, pluuiam, incongruè impositissent.

Scribit Franciscus Irenicus, Hiaspalis Regenspruck ob ruditate populorum aggregitum dicta, Imbripolis ob latinam rationem, vnde Teutonice Regenspurch, à ponendis radibus, vt aliqui volunt, Ratifpona appellatur: alij quod ratib, conueniat afferunt, in quorum numero est Ligurinus lib. 1. his verbis.

*Inde Ratifpona vetus ex hoc nomen habenti, Quod bona sit ratibus, quicquid consuevit in illa.*

Ob frequentiam populorum Reginopolis nuncupatur. A conditore Tiberina: Tiberius enim tempore dominiæ passionis ipsam intruxit. Ego in Odilia mea l. 2. Quadrata à forma quam habet. Illic Dionysius requiescit, trās latus anno M. LII. Hic sedes Episcopalis, secundum Aeneam in historia Boemica, & olim Boemiam & Pragam cõpletebatur, hic S. Vvotgangus & Albertus Magnus episcopatu præfuerunt hic & Erhardus Episc. qui in somno monitus, B. Oditiam baptizauit. Conradus ibi ex suauis S. Benedicti, Bernardi extruxit monasterium, vt Otto scribit: Danubius hic flumen recipit Ragen. Hanc vrbeolim filius Henrici quarti in deditionem accepit, & contra patrem illic Robertum præfectum constituit. Conradus verò filium persequens alium constituit. Ludolphus filius iij. S. Lupuldi Auftriae Marchionis Ratifponam incendit, facta trepidatione per Ottonem Palatinum, vt Annales Auftriae referunt. Carolus Magnus Ratifponam olim cepit, & Christiana lege imbuit, cuius rei hodie vestigium apparet, Aelius Spartianus Hialos, populos Germaniæ nominat, nescio, an hos, an alios existimet. Ratifpona Noricorum ciuitas, licet Ptolomæus Vinelicorum dicat. Otto illuc multas reliquias transtulit. Aeneas Syluius Ratifponam clarissimam vrbe appellat ad Danubij ripam in Bauaria sitam. Illic frequentes principum conuentus, & Romani Imperij comitia habentur. Hæc Franciscus Irenicus.

43 Kazeburgum Saxoniarum opidum.

57 Ragenstatt.

51 Regensburgum.

15 Regen fl.

ibid. Regina.

ibid. Reginopolis.

ibid. Reginopyrga.

ibid. Regina castra.

51 Reginoburgum.

ibid. Regium Antonini.

ibid. Rhetoborna.

ibid. Rhedopolis.

47 Rhodopolis.

51 Ripariolorum metropolis.

33 Ripæ, Daniæ vrbs.

33 Ripæ Cymbrorum Phrundiolorum antiqua sedes.

33 Ripæ, in ripa Oceani sita, ciuitas Australi GOTHIAE proxima, mater plurimorum virorum eruditorum, præclarisque ingenij fecunda. Quæ à commoditate limpidissimi fluminis NIBSAA, triplici incurfu ciuitatem interfecant, seque in Oceanum exonerantis, tribus Leonibus insignata est. Castellum munitum vrbi adiacet, qua Oceanum spectat. E saxo quadrato, est hic templum satis amplum, vna cum turri miræ altitudinis, in Lilio monte, primum ab Erico II. magnificè substructum: quem S. Angarius, ad Christianam religionem conuertit, circa Annum Christi 848.

Ciuitates septem huic Diocesi subfunt.

Quæ in Nomarchias 30. distincta est. Intra quarum limites, parocciæ rurales 282. continentur.

Arces & regias domos decem repræsentat.

Castra verò nobilitatis centum possidet.

47 Rostochium.

47 Rostochiensis cereuisia inter cæteras præstantissima.

ibid. ROSTOCHIVM, quæ vrbs à fragrantibus rosis nomen habet, in ditione Ducum Megapolitanorum, ad Arni, seu Varni fluminis ripam, 5000. passuum supra ostium maritimum sita, & vna cum Religione Christiana in his terris primum exorta, inter duo Varni brachia, vbi nunc D. Petri & Nicolai parochiæ sunt, à Pribislao Venetæ gentis principe, ædificari cœpta, & paulatim sequentibus seculis, frequentia ciuium, amplitudine ac splendore ædificiorum, templis, opibus, priuilegijs aucta & amplificata est. Hæc David Chytreus. De eadem verò ciuitate hunc in modum Franciscus Irenicus.

Rostochium vrbs maritima, Saxoniam attingens. Latiburgum dicta est à Ptolomæo, libro secundo capite decimo. Ego verò lego agud Græcum Ptolomæum Duci Megapolensi subditur, populis ac diuitijs opulentissima. Vniuersitatis hic initium sumpsit anno 1424. Hæc Franciscus Irenicus.

De Vniuersitate verò ita D. Iacobus Middendorpius, Rostochiensis, inquit, in Ducatu Megapolitano. De qua Munsterus lib. 3. Anno, inquit, Christi 1415. Princeps Megapolensis & ciuitas Rostochiensis, missa legatione Romam, impetrarunt priuilegium studij generalis in ciuitate Rostochiensis, loco ad eam rem, non incongruo, quod aeris salubritas, & victualium omnium generis, leui pretio, ibi magna est copia. Introducebantur autem magistri & Doctores præcipuè ex Erphordia. Cœpit verò florere anno 1419.

Porrò, quemadmodum præclaram hanc vrbeolim ortu celebravit, raris doctrinæ ornamentis Clarissimus vir D. Petrus Lindebergius, ita præmatura eiusdem fata, vrbi & Vniuersitati Rostochiensis luctum publicum attulerunt, quæ Anno 1596. Mense Iulio, trigesimo quarto ætatis anno doctissimum, præstantissimumque virum, suis & Musarum alumnis eripuerunt, quem Rostochium, Poetam, Lauro coronatum tulit, cuius honos, nomen, laudisque durabunt, donec ad posteritatem ipsius carmina & opera manebunt. Varia namque doctrina monumenta edidit, vt, Hipotyposin Artium, palatiorum, librorum, pyramidum, obeliscorum, cipporum, &c. ab Henrico Ranzouio conditorum: Commetariorum rerum memorabilium in Europa, ab anno 86. vsq; ad annum 91. gestarum, libros quatuor. De somnijs librū vnū, Epitaphia Ranzouiana, & Opus de Numeris, Primos etiā iuuentutis fetus, & iuueniles labores, ab amicis rogatus, edidit, inter quos Heroum & illustrium viro- rum Marte, & Arte clarorum virtutes, & egregia facta, casto & eleganti carmine libro vno celebravit, vrbum; Hodæporici; Elegiarum & Poematum; Epithalamiorum, & Epitaphiorum; Epigrammatum, & Distichorum moralium, libros peculiare in lucem emisit: Varia etiam opera, Historica, præsertim præ manibus habuit, quæ morte præuentus finire non potuit.

45 Rugiensis ducatus.

33 Salinæ Gmundana.

48 Salinæ Hallenses.

42 Salinæ Lunenburgenses.

21 An Samarobrina Romanorum, sit Cameracum.

17 Santones.

17 Santones, Mediolanum Ptolemæi plerique existimant.

26 Sarburgum Archiepiscopatus Treuirensis opidum.

26 Sarburgum, Ditionis Treuirensis opidum, Ioannis Bardenis Archiepiscopi Treuirensis munificencia varijs ædificijs condecoratum, Ad Saræ fluij ripam, quem Aufonius in sua Mosella, Sarauum; & antiquitus Sarra dictum, ostendit Iosephus Scaliger, ex antiqua inscriptione, Sar, vulgò, propè Augustam Treuirorum in Mosellam erumpit.

26 Sarra fluius valde piscosus.

55 Schura insula.

5 S. Sebastiani promontorium.

7 Seuilla quare sit Hispalis.

64 S. Syluestri mons.

57 Siggetum insula.

11 Sinack, qualis herba.

ib. Sommack qualis herba.

40 Stada antiquo asyli priuilegio donata.

40 Stada Archiepiscopatus Monemfis vrbs antiquissima.

ib. Stada duorum Regum monomachia nobilitata.

ib. Stada Frisonum, marinis alluionibus assumpta.

66 S. Stephanus Calatinus Episcopus.

57 Strigonium.

ib. Strigonensis Archiepiscopus, primus Regni Vngarici.

50 Suibusium Silesiæ vrbs.

65 Summanus mons.

45 Sundenis belli descriptio.

T.

15 T Agus flumen.

63 T Taruini Venetis fideles.

ib. Taruinium.

51 Tetrapolis.

50 Teutonici Mariani milites.

37 Tietmarfia.

ib. Thietmarfiæ politicus status.

ib. Thietmarfi, vnde crudeles ac perfidi.

37 Thietmarfia, siue Theuromasia, regio plerisque videtur Marsorum, quæ à Marfos originem trahit, quorum Strabo meminit, eosque antè multa sæcula, ex locis Rheno finitimis, in profundam atque palustrem regionem migrasse memorat. Septem miliaria vt in longum, ita & in latum colligit, parochijs distincta XXI. Hi sanè Thietmarfi ante cccc. annos, antiquissima Stadenfium familiae paruerunt, quorum multos fraude oppræsserunt, seque in libertatem, eiecta omni nobilitate vindicarunt, qua multis abusi annis, nunc Regis Daniæ imperata faciunt. Eos Henrico Ranzouio Nobilissimo viro, Regio vicario in Ducatibus Slesuici, & Holsatiæ, gubernante.

6 Thinnorum piscatio in Gadibus.

51 Tiberina.

57 S. Thomæ mons.

18 Tirolensis Comitatus præstantia.

51 Toletum.

ib. Toletanæ Ecclesiæ præstantia.

ib. Toletanum palatium.

TOLETVM præcipua in Hispania ciuitas, Tago flui- uio celebris, quam anno Christi D. C. lxxiii. Rex Bamba, turbulenta seditione in Hispania sedata, muro, turribus, & ædificijs elegantibus exornauit, & hos versus, marmoris, in turri quadam, inscidi voluit.

EREXIT FAVTORE DEO REX INCLITVS  
VRBEM  
BAMBA, SVÆ CELEBREM PROTENDENS  
GENTIS HONOREM.

Consimiliter & hos versus in porta proxima ponti, qui dicitur Dalcantara.

VOS DOMINI SANCTI, QVORVM HIC PRÆ-  
SENTIA FVLGET,  
HANC VRBEM ET PLEBEM SOLITO SERVA-  
TE FAVORE.

Memorable est, quod de Arce Toletana Rodericus Toletanus Archiepiscopus refert. Anno Christi D. CC. Regnante, inquit Roderico vltimo Gothorum Rege, erat Toleti Palatium à multorum Regum temporibus semper clausum, & feris pluribus obseratum. Hoc fecit Rex Rodericus, contra voluntatem omnium aperiri, &c. In quo præter vnam arcam repositam nil inuenit, qua aperta, reperit quandam pânium, in quo latinis literis erat scriptum. Quod cum contingeret feras frangi, arcam atque palatium reperi- ri, & videri quod inibi haberetur, gentes eius effigies, quæ in panno illo erant depictæ, Hispanias inuaderent, & suo dominio subiugarent. Quod Rex videns, doluit aperuisse, & vt erat prius fecit arcam & Palatium inferari. Erant autem in panno depictæ facies & vultus dispositio & habitus Arabum, &c. Quæ pictura visa Proceres timuerunt. Hactenus ille. Sensit deinde miserabilem vniuersa Hispania cladem. Nam anno Domini D. CC. xvii. ex sententia Taraphæ, vel vti Vasæus & L. Marinæus Siculus perhibent, Anno Christi D. CC. xiiii. Saraceni, Roderico vltimo Gothorum Rege in sauto octo dierum conflictu, vniuersa nobilitate deleta, totam Hispaniam, partim vi, partim deditione ac metu, partim promissionibus breuissimo tempore in potestatem redigunt, Cantabris duntaxat & Asturibus exceptis. Ac deinde Anno D. CC. xv. Dominica Palmarum Toletum fraude Iudeorum Mauris proditum fuit, Dum Christiani nihil minus suspicantes extra vrbe ad D. Leocadiæ de more vacarent audiendo verbo diuino. Ab eorum autem tyrannide liberatur, & Christianæ Religioni restituitur per Alfonso sextum, Anno Domini millesimo nonagesimo tertio, vt ex Codice Alcobaciensi, & ex alio Chronico perantiquo Vasæus notauit.

33 Toninga Frisiæ Eydorensis opidum.

20 Tours.

34 Tundera opidum Ducatus Sleuicensis.

56 Turcas Christiani in Religione vniti, facilius vincunt.

ibidem. Turcam quid faciat contra Christianos potentem.

20 Turonum.

ibid. Turonum, Franciæ hortulus.

ibid. Turonenses inter Gallos præcipui fuerunt.

ibid. Turonenses, celebres fuerunt ob reliquias sancti Martini.

V.

16 V Asconum habitus.

19 Veneris specula.

60 Venetiæ.

60 Veneta Ecclesia.

63 Venetis fideles Taruini.

60 Veneti Palacij incendium.

ib. Venetorum Palatium.

10 Veneta.

65 Vesuuij montis ignes.

ib. Vesuuius mons famosus, diuersis authorum scriptis notus, Neapolitanam vrbe ad mare recipit, Vesueus Seruio, qui quoque Mæulus dicitur Vrbe, Sequesfri, vbi Simlerus Mæuius legit, Monte diforma hodie nominatur, Vesubius à Silio Italico dicitur, Item Bestius à Plutarcho, Gale- no, & Georgio Cedreno. Vesuius quoque legit Carrio apud Valerium Flaccum; & ita quoque legendum apud Statium & Martialem suadet. Sed Vesuuius ab optimis auctoribus appellatur.

At verò hic nec præterijisse volumus, quod in monte Vesuuii accidit immensum veluti mox casuri mundi prodigiū, nimirum, cum facta est admiranda illa ex hoc monte flammæ eruptio, quæ à Suetonio in Tito cap. 8. summam descri-

describitur, sed à Dione in Tito fusiùs enarratur. Accidisse enim ait vehementem illam Vesuuij eruptionem hoc ipso primo anno Titi imperij sub tempus autumnus. Plinius Iunior epist. ad Tacitum, Kalendis nouembri hora septima. At, quoniam prodigij loco res est habita, quæ & imaginem quandam præ se ferret dici nouissimæ: eandem recensere, haud inutile arbitramur. sic enim ait: Eo tempore magnus numerus hominum inuisitata magnitudine, quales gigantes finguntur, in eodem monte, regioneque finitima, ac proximis ciuitatibus interdum nocturne vagari, versarique in ære visus est. Posthæc consecuta est maxima siccitas, ac repente, ita graues terræ motus facti, ut ea omnis, planities feruida esset, & culmina montium subsiderent. Adhæc fonitus subterranei, tanquam tonitrua, & super terram mugitibus similes existerunt. Deinde mare simul fremere, omne cælum resonare, lingensque & repentinus fragor, quasi montes simul conciderent, exaudiri. Tum exsiliere primùm immensissimi lapides, & ad summos vertices peruenere: deinde magna copia ignis fumi que ita, ut omnem aërem obscuraret, occultaretque solem, non aliter, quàm si defecisset.

Igitur nox ex die, & tenebræ ex luce factæ erant, putantibus nonnullis, gigantes seditionem inter se facere, quod multæ imagines eorum in fumo conspicerentur, quodque clangor tubarum audiretur. Alij existimabant, aut mundum in chaos redigi, aut igne consumi: ob eamque causam properabant alij ex ædibus in vias, alij de vijs, in ædes confugere, atque è mari in continentem, & è continenti in mare se recipere, alij turbari, & quæ nondum venerant, existimare tutiora rebus præsentibus. Tanta verò erat copia cineris, ut terram mareque, atque adeò ipsum aërem completeret, quæ res multa damna, ut cuique fors tulit, importauit non solum hominibus, prædijsque ac pecoribus: Sed etiam pisces volucresque omnes peremit, duasque vrbes, Herculæanum, & Pompeios, populo sedente in theatro, penitus obruit. Postremò, tantus fuit cinis, ut inde peruenerit in Africam, Syriam & Aegyptum, introrieritque Romam, eiusque aërem compleuerit, & Solem obscurauerit. Id Romæ accidit paucis post diebus, cum omnes ignorarent id, quod factum erat in Campania, nec quid esset, coniectura allequi possent. Itaque etiam ij putare cœperunt omnia sursum ferri: Solemque in terram cadere, aut terram in cælum ascendere. Quanquam autem hic cinis, non attulit statim graua incommoda populo Romano, tamen postea morbum pestilentem & grauem immisit. hucusque Dio.

Hæc autem & alia id genus à Deo viua exempla data esse hominibus ignis æterni, quibus peccantes in inferis punirentur. Tertullianus in primis declarat in Apologetico, cap. 48. his verbis: Nouerunt & philosophi diuersitatem arcani & publici ignis: ita longè alius est, qui vsui humano, alius qui iudicio Dei apparet, siue de cælo fulmina stringens, siue de terra per vertices montium eructans. Non enim absumit, quod exurit, sed dum erogat, reparat: adeò manent montes semper ardentes, & qui de cælo tangitur saluus est, ut nullo iam igni decinere sciat. Et erit testimonium ignis æterni, hoc exemplum iugis iudicij pœnam nutrientis. Montes vruntur, & durant, quid nocentes & Dei hostes? hæc Tertullianus. Sed enim Minutius Felix in Octauio, dum de

gehennæ ignis incendio, ab his ipsis etiam mutuatus exemplum, verba facit, hæc habet illi: sapiens ignis membra vorat, & reficit, carpit & nutrit, sicut ignes fulminum corpora tangunt, & absumunt: sicut ignis Aetnæ, & Vesuuij montis & ardentium vbique terrarum, flagrant, nec erogantur: ita pœnale illud incendium non damnis ardentium pascitur, sed inexesa corporum laceratione nutritur. Et Pacianus opere de pœnitentia & confessione. Si de cruciatu exomologesis exlinguet, vim eius & de præsentibus æstimare, cuius fumariola quædam maximos montes subterraneis ignibus decoquunt: æstuat indefessis flammatum globis Aetna, & Lisaniculus, & Vesuuius Campanus: & quo nobis iudicij perpetuitatem probent, dissiliunt, deuorantur, nec vllis tamen sæculis finiuntur.

- 16 Vicegradum.
- 16 Victoria opidum.
- 19 Vienna Gallia.
- 17 Vina Strigontensia in Vngaria, preciosa.
- 39 Vineta delata, creuit opibus Visbui in Gothia.
- 62 Vinum Fundanum nobile.
- 67 Virgilij sepulchrum.
- 39 Visbia Gothorum.
- 39 Visbia Gotlandiæ insulæ vnica, & Metropolitica vrbs quam alij Viksby, alij Viskbui, alij aliter scribendum iudicant, & nominis originem ex Gothica & Nonregica adpellatione deducunt, Quibus Bui, vrbs Viske, piscis designatur. Quasi dicas: vrbem, (vti reuera, semper etiam fuit) piscatione famòsam. Rara multa venerandæ antiquitatis vestigia, præclaram hanc vrbem fuisse, testantur, de quibus non multa in historiæ monumenta relata leguntur, ut enim Historici de Gothis commemorant, frequentiores inter illos fuerunt, qui fortiter agere, quam, qui doctè scribere, & res præclare gestas, literis consignare curarent.
- 49 Vniuersitas Pragensis.
- 44 Vrbis vnus interitus, est alterius ortus.
- 35 Vtholm.
- 11 Vuarum passerum duo genera.
- 11 Vuæ passæ, quomodo conficiantur.

VV.

- 57 VV Asserlat.
- 46 VV Vismaria, Ducatus Megapolitani vrbs.
- 46 VV Vismaria portu maris inclarescit.
- 37 VV Vurgebaur.

X.

17 X Antes.

Z.

- 13 Z Achara.
- 12 Z Zahara Bæticæ prouinciæ in Hispania opidum.
- 12 Zahara vltimi belli Granatensis contra Mauros occasionem dedit.
- 28 Zelandorum naturalis conditio.

F I N I S.

